

T. 7196. A

Bucolica cum  
commento

COLLEZIONE CAVU  
COLUMBO



IN=030012802

2

Egloga prima  
Publij Virgiliij Maronis Egloga prima.  
Belibeus.

**C**Ityre tu patule recubans sub tegmine fagi  
Siluestrem tenui musam meditaris auena,  
Nos patrie fines et dulcia linquimus arua  
Nos patriam fugimus; tu tityre lentus in umbra,  
Formosam resonare doces amaryllida siluas,

Construe sic. O tityre. i.o virgili. tu recubans. i. iacens quietus sub tegmine id ē sub umbra fagi. i. illius arboris frondose. patule. i. late spaciose. meditaris. i. cantas musam siluestrem. i. carmen rusticum anena tenui. i. culmo vel stipula dulci et agili. Nos. i. mantuam linquimus. i. dimittimus nō sponte nostra. fines. i. metbodium terminos patrie. i. mantue ciuitatis nostre. et linquimus inquam arua dulcia. i. campos amenos et delectabiles. Nos. i. mantuam. fugimus. i. relinquimus patriam. i. mantuam. et o tityre. i. virgili tu lentus. i. quietus ociosus in umbra doceas. i. facis siluas. i. memoria resonare. i. cantare amaryllida formosam. i. carmen ruum de amaryllide. i. de amica tua compositum. Sicut dicit serinus super eneyde. In exponēdis autoribus de nomine vita et moribus auctoris de qualitate sermonis et de intentione vel sine ppter quem scribitur solet queri: ubi dicit serinus qd virgilus fuit etiā filii virgilij nat⁹ in man tua ciuitate venerie verecidissim⁹ poeta. vno tñ vicio laborabat: qd libricus valde fuit et impatiens libidinis: qd quidam vocauerunt eum balistam: qd balista nō pot̄ contineat impetū. Ideo super eius tumulū scriptum fuit. Monte sub hoc lapidi regitur balista sepultus. Et atbolicon dicit qd dictus est Virgilins a matre sua virginila: quia ipsa pregnans ydit in somnis virgam ascendit et ex utero suo ad celum. s. filiu suum astrologū et philosophob⁹ magnū. Vista eius fuit studiosa. Studiuit enim neapol (Cremone) et mediolani. Et cum eiset. xxvii. annos. rum scriptis buccolica spacio triū annorum ficit dicitur in fine quarti georgicor⁹. Larmia qd lusi pastorum audaq⁹ inuenta. Tityre tu patule recubans sub tegmine fagi. Fecit vero georgica in octo annis: et eneydem in duodecim annis. Et correxit buccolica et georgica. buccolica qui dem ad preces et cōtemplationem politionis: sed georgica ad preces mecenatis presidis. mox te vero prouentus dimisit eneydem incorretam quam ideo iussit post vitam suam cremari. contra quem exclamat angustus cesar. Ergo ne supremis potuit vox improba verbis. Tam diruz mandare nephas: ergo ibit in igrēs. Magnaq⁹ doctilio qui morietur musa maronis. ideo augustus cesar condolens tantum opus extingui prohibuit ipsum cremari: et dedit ipsum corrigendum duobus magis philosophob⁹: scilicet tuce et varroni sub tali lege qd superflua derident et nihil adderent. ideo in eneyde reperiuntur versus trūcati et incompleti. Reperiuntur etiam versus detracti qui non sunt scripti in corpore libri: ficut ibi Ille ēgo qui quondam gracili modularis auena tc. vsc⁹ arma virumq⁹ cano. Si autem in buccolicis reperiuntur aliqui versus incompleti: ficut ibi. incipe menalos. hoc est non propter incorrectionem: sed ex pigritia scriptorum quos piger sepe scribere et ostendere versum intercalarem: vt dicetur in suo loco. Et istis potest recolligi etas virgili: scilicet qd vixit quinquaginta annis. Habebat enim. xxvii. annos quando composuit buccolica que fecit in tribus annis: et georgica in octo: et eneydem in duodecim. et hoc est verum si illos scripsit sine pausatione. Nota virgilins in eneyde vsus est stilo grandiloquo et metro heroico quod tenet vera et ficia et humana et diuina. In georgicis vero vsus est sermone mediocris: sed in buccolicis vsus est stilo humili sīn materia in humilem de qua loquitur. Unde ipse dicit in buccolicis. Si canimus siluas sunt filiae consule dignae id est sīn altitudinem materie debet esse stilus altior. Buccolica autem carmina dicuntur a bus quod est bos et icos custos: quia sunt carmina facta de pastori bus bovi vel aliorum pecorum que per boues intelliguntur. Et sunt in libro buccolicor⁹ de temi egloge. Dicitur autē egloga ab egle quod est capra et logos sermo: quasi caprimus sermo: qd loquitur de paruis et vilibus rebus. et sic pater qualitas metri. Intēcio autē virgilij scribentis buccolica fuit sub iocundis verbis: et in psona rusticor⁹ pastorū laudare augustum cesare pro

## Egloga

benestis sibi ab eo collatis laudare etiam p̄tectores suos pollionē et mecenatē in quo relucet magnum ingenuū virgilii scz comprehendere magnā rem in parus videlicet imperatores senatores et alios presides in persona pastoꝝ: sicut in georgicis designauit apes sub noib⁹ regū vel ducū q̄si dicit in quarto Dagnanimosq; duces. Dicit ergo in p̄cipio buccolicorū absq; probemio Tityre tu patule tc. vbi introducit duos pastores. s. tityrū et melibeū. p̄ tityrū intelligitur ipse virgilinus. et per melibeū intelligitur quidā seruus vicinus vel matruus nōis. cornelius gallus. Q̄ ubi est notandū q̄ vigente bello civili inter augustū cesarē et antbonium. augustus fuit victor et obtinuit cremonā quā diuinitus suis militibus pro stipendiis suis. Sed q̄ terra cremonensis non sufficiebat eis: ideo dedit eis augustus mantua: quare matuanie expulsi sunt a suis possessionibus: et dictū est eis verbū durū. veteres migrate coloni. et babet in sequētibus. matua ve misere nimū vicina cremonē. Sed virgilinus hoc vidēs venit romā vbi v̄sus patrocinio pollionis et mecenatis imperavit ab imperatore agros. s. quos milites sibi abstulerant. qd̄ vidēs gallus cornelius quasi inuidens felicitati virgilii qui solus recupererat agros se dépros. dicit ei. Tityre. i. virgilii tu es multū felix q̄ tu quietus sub umbra vel tegmine sagi arboris frondose cātas carmina leta auena tenui scz modici stili. Et loquī more pastoꝝ qui faciunt fistulas suas de culmo vel stipula auene. Et notanda est differentia inter patens et patulū. q̄ patulū est qd̄ naturaliter p̄tzel aperitur sicut nares. sed patens est illud qd̄ aliqui aperitur et aliqui clauditur: vt ostiū vel oculi. Fagus autem est naturaliter patens larga arbor. Primo autē tpe fructus sagi comedebant. ideo s̄i fagus a fagin quod est comedere. Nos patriā fugimus. i. nos matuanī patriā relinquimus et non relinquimus sponte nostra: imo qd̄ plus est fugimus patriā nostrā coacti fugere: et nos etiā tristes linquimus arna nostra: sed tu doces filias resonare amaryllida id est amicam tuam. q̄ facis carmina iocosa de pollione et de cesare quos amas. et illa carmina resonat per filias id est per maiores et antiquos viros. Et loquitur more rustico quo pastores cantant in silvis.

Tityr?

Construe sic. O melibee o pastor deus. i. cesar augustus fecit id est dedit hec octa. i. ista bona vel quietem. Nāq̄ ille id est cesar erit mibi. i. virgilio semp de us. id est in vita et post mortem suam. agnus id est ouis tener. i. iuuenis ab ouilibus nostris id ē a pecoribus nostris imbuet id ē sacrificabit aram id est super altare illius scilicet augusti cesari.

Ille. s. cesar pm̄fit meas boues. i. vaccas errare. i. p̄ cāpos eē. vt cernis. i. vt vides. et permisit ipsum. i. me virgilium ludere calamo agresti. i. fistula rusticā que vellem ludere. O melibee. Respondet tityre. i. virgilius ad melibeū dicēs q̄ deus. s. cesar dedit sibi illa octa. i. facultatē vinendi ex propriis agris sine granī labore. Nāq̄ erit ille. i. cesar erit mibi deus in vita sua et post mortē. Nālī imperatores reputabant inter deos post mortem. sed augustus cesar in vita sua meruit deitatem et babere templū sicut deus. Illius arā tc. i. qd̄ uero faciā sacrificium supra altare suum et irrigabo arā suam de sanguine agni. Ille meas errare boues. i. de dit mibi agros et libertatē cantandi carmina rusticā metri quecūq; vellem ludere non per manus sive p̄ coactionē sicut etiā ipse virgilius dicit in georgicis. carmia q̄ lusi tc.

Veli.

Construe sic. E quidē. i. certe non inuideo id est nō habeo in diaz miroz magis id ē admiroz q̄ turbatur id ē q̄ nos matuanī turbamur vndich. a. ex oī parte totis agris. i. in agris nostris vsg adeo. i. intantū vel multū en. i. ecce ipse. id ē ego melibeū eger. i. non sanus ago. i. dico Non equidem inuideo: miror magis vndiq̄ totis Usq; adeo turbatur agris: en ipse capellas Protinus eger ago: banc etiam vix tityre duco. Hic inter densas corylos modo nāq̄ gemellos

Spem gregis ad silice in nuda connixa reliquit.  
Sepe malum hoc nobis si mens non leua fuisset  
De celo tectas memini predicere quercus.  
Sed tamen iste deus quis sit da tityre nobis,  
  
supple spem gregis.id est spem future generationis:et ipsa inquam reliquit ab interiectione admi-  
rantis illos gemellos in silice nuda.i.supra lapidem durum:memini quercus.i.illae arboreas ta-  
ctas.id est fulminatas de celo.id est de super pdicere.i.significare hoc malum. i.nos pdituros  
agros sepe.i.multotiens nobis mantuanis si mens.i.cogitatio non fuisset leuis.i.bene cōsidera-  
rasset. Sensus est.nos perdere agros res manifestat scilicet quercus predicabant:sed nos men-  
tis imprudentia capti intelligere nequitimus.Sed tityre.i.virgili da.id est dic nobis quis est  
deus qui dat tibi ista ocia.¶ Non equidem. Loquitur iterum melibens sed ne videatur loq-  
ex inuidia dicit se non inuidere sed mirari de felicitate virgili:qua alij mantuanii patiuntur om-  
nes miseras:qua turbantur in agris ipsorum vsgz adeo.id est multum. Et est turbatur verbuz  
impersonale quod indifferenter se babet ad omnem personam.in quo vult melibens latenter  
redargueret augustum cesarem non designando illum qui turbat:vult etiam ostendere q̄ oēs  
mantuanii fuerunt turbati sine aliqua discretione et etiam sine culpa:qua non fuerunt expulsi  
propter sua merita:sed ppter vicinitatē ad cremonā vt dictū est. Et non dr turbamur q̄ vbgz  
personale designaret paucos et non omnes.¶ En ipse cepellas. Dic melibens monstrat eviden-  
ter suas turbationes dicens q̄ ipse eger corpore:et animo vix ducit secū duas capras.id est ma-  
trem et uxorem et causa laboris est:qua capra sua.id est uxor de novo cōmata est.id est enīa vel  
peperit gemellos.id est duos filios qui sunt spes futuri gregis et future generationis. Et ang-  
mentatio laboris est quia non peperit in lecto molli.sed iuxta silicem vel lapidem durum sine  
vestimentis vel straminibus ad inuoluendum gemellos.¶ Sepe malum hoc nobis. Dic meli-  
beus dicit q̄ si ipse fuisset sapiens et considerasset signa et auguria ipse potuisse precanere  
illam turbationem:qua anno precedenti querens que sunt arboreas glandifere et pertinentes  
essi fuerunt tacte de celo.id est leuiter fulminate. Quercus sunt arboreas in tutela iouis et sibi  
consecrate. ideo non permisit eas dare fulminari:et quando arbor iouis fuit tacta et turbata si-  
gnum erat q̄ mantuanii qui erant in tutela angasti:turbarentur.¶ Sed tamen iste deus. O tity-  
re da.id est dic mibi quis est ille deus qui dedit tibi ocia et ludere que velles.¶ Abi notandum  
est q̄ dare significat tria:scilicet dicere contribuere et concedere:impeta illos versus. Dico con-  
tribuo concedo significat do.¶ Letera videantur super textum.de allegoria autem quam aliqui  
volunt in eis verbis predictis:qua dicunt carmina cantata a virgilio de vrbe romana . vide  
seruum et alios expositores.

g<sup>t</sup>ity.

Arbem quam dicunt romam melibee putauit  
Stultus ego huic nostre simile: quo sepe solemus  
Pastores ouium teneros depellere fetus.  
Sic canibus catulos similes; sic matribus bedos  
Noram; sic paruis componere magna solebam.  
Tlerum hec tantum alias inter capit extulit vrbe  
Quatum lenta solent inter viburna cupressi;

**C**onstrue sic. Ego tityrus  
stultus. id est imprudens o me-  
libet putau. id est credidi. vr-  
bem. id est ciuitatem: quam sci-  
licet vrbem dicunt. id est vocat  
romam esse supple similem. id  
est equalem huic nostrae. id est  
mantue. id est ad quam nos pa-  
stores ouium. id est caprarum  
sepe solemus. id est consuevimus  
depellere. id est a lacte remoue-  
re seu enutrire setos teneros.  
id est agnos nouiter natos.  
Sic. id est eodem modo cognoscam  
romam romam esse similem ma-

tue sicut noram. id est non eram catulos id est paruos canes esse similes canibus magnis et sic  
noram in qua bedos. i. bircos teneros esse similes matribus suis. Sic solebam componere. id est  
comparare magna. i. res magnas paruis. i. rebus minimis verum. i. certe hec sez romam tamen extulit ca-  
put. i. maior est inter alias vrbes. i. ceteras ciuitates quantum cupressi. i. ille arbores magnae so-  
lent se extollere sup. inter viburna lenta. i. inter arbores parvas seu curvas. Urbe quam di-  
cunt romani. Et tyrus respondet more rusticu per longas ambages quis fuit illi deus et quia  
nullus homo potest esse sine loco ideo describit locu in quo est angustus sez romae et facit topo-  
graphiā; sicut si aliquis descripit parisiū ad ostendendum quid sit reg. dicit ergo. O melibea.  
ego stultus et ignarus pastor quando audiebam loqui de roma putabam quod esset quedam pauper  
ciuitas sicut mantua nostra in qua nos pastores ouimus de pacem agnos. Sed talis est diffe-  
rentia inter romanam et mantuanam qualis est inter magnos canes et paruos catulos: vel inter be-  
dos et capras: quia roma excedit alias vrbes sicut cupressus viburna. i. frutices. Cupressus enim  
est arbor alta et viburnum est parvum arbustum.

Melibea.

Construe. que causa. i. que oc-

casio tanta id est tam magna fuit *Et que tanta fuit romanam tibi causa videndi?*

tibi tityro videndi. id est eundi

romam. i. illam vrbe. Et que tanta. Querit iterum melibea quod fuit causa finalis quare tityrus ventus  
romanam: quia magna causa requiritur ad magnum effectum.

Tityrus.

Construe. Libertas candidi.

or. id est pura fuit causa quare *Libertas*: que sera tamen respectus inertem

ego veni in romanam: que libertas

sera: id est tarda tamen respectus. i.

conspexit me inertezi. i. pigrum

postquam barba mea cedebat. id est

cedebat tondenti. id est radet

tamen libertas respectus mercede-

nit id est aduenit mihi logo tpe

id est per longum tempus. post. i. post.

ea et postquam amarillis. id est ro-

ma b3. id est possidet nos. i. me

tityrus: galathea. id est mantua

relinquit. id est dimisit me fatebor

enim. i. dicam veritatem dum gala

thea. id est mantua tenebat. id est

est possidebat me tityrum spes

id est fiducia libertatis haben-

de non erat mihi nec cura. id est

sollito dico peculi. id est gregis erat mihi quod multa victima id est multa sacrificia erit. i. p-

cederet ex meis septis. i. ex meis ouibus et quanuis pinguis caseus premeretur. i. fieret vbi

Ingrate. i. ad mantuanam ingrata. Non vniq. i. nunquam dextra scilicet manus redibat. i. reuerte-

batur domum meam granis. i. plena ere. i. argento. Libertas. Redit tityrus quod libertas fuit causa

quare venit romana secundum ut esset liber. vbi seruus vult libertatem ut careat servitum: sed nobilis vel

ingenius vult libertatem ut vivat sibi suu arbitriu. Non erat autem alibi libertas sicut rome.

Que sera tamen. Hic tityrus increpat seipsum quod prius non venerat romam ut esset liber. sicut enim pi-

ger querendo libertatem prius finaliter ipsam habuerit. Candidior. Dic more rusticu designat

tempus a quo fuit liber scilicet ab illo tempore quo habuit amicam amarillida vel ab illo tem-

pore quo rasa fuit barba. Sic enim computant rusticu tempora: scilicet anno quo fuerunt coniuga-

ti: quia nesciunt aliter distinguere tempora. Et notandum est quod candidior non est adiectum de

barba: quia tunc virgilius nondum habeat barbam candidam vel canam cum ipse esset. vi-

gintiocto annorum quando fecit hunc librum. Sed candidior est adiectum de libertas: et est

sensus libertas candidior respectus eum ab illo tempore quo barba sua tondebatur: vel quia post

ea dicit fortunatus senex. ideo potest dici quod est mutatio persone: et quod virgilius loquitur in persona

cuicudam veteris. Postquam. Per amarillida intelligit romanam: et per galatheam intelligit mantuanam.

Prima.

et dicit q̄ libertas sibi venit q̄ si dimisit mantua t̄venit romam. ¶ Nach fatebor em̄. Hic super  
fluit illa cōiunctio em̄ causa metri cōpendi. et dicit tityrus q̄ q̄diu manisset mātue nunq̄ suis  
set diues aut liber. ¶ Ubi notariū q̄ nō est p̄motio nisi in bonis vrbibus; quia miseri sūt casta  
sequentes. Et dicit peculi p̄ apocopā id est peculi quod significat diuitias. dī em̄ a pecudibus;  
quia tote dimitie antiquoz̄ erant pecudibus et armentis quis loquitur more rusticorū qui ex  
laboribus suis sibi sufficiunt et administrant alimenta. et tamen cines vrbium sepe deridēt eos  
ut faciant eos expendere suas pecunias in ludis et tabernis extractionibus impositionib⁹ ga  
bellis etc. sic q̄ quando redeunt ad domos suas vix reportant lucru de caseis vel alijs alimētis  
que vendiderunt.

¶ Q̄d.

Mirabar quid mesta deos amarylli vocares  
Qui pendere sua patereris in arbore poma  
Tityrus hinc aberat: ipse te tityre pin⁹  
Ipsi te fontes ipsa bec arbusta vocabant.

erat. i. absens erat hinc. i. a roma. et o tityre. i. o v̄rgili ipse pinus id est ille arbores vocabant. i.  
appellabant te virgiliū et ipsi fontes vocabant in q̄ te. et ipsa arbusta. i. ille arbores vocabat in  
q̄ te virgiliū. ¶ Mirabar. Hic melibea loquitur ab vrbē romanā sub noie amaryllidis quam  
tityrus amabat dicens q̄ ipse mirabat quare amaryllis tristis vocabat deos. s. roma orgbat ut  
ad eā veniret virgilius. mirabatur etiā cui ipsa amaryllis fernabat pulchra poma in sua arbore  
s. pulchra officia fernabat rome et pulchre dignitates provirgilio q̄ erat absens. ¶ Ipse te ti  
tyre. Nūc scio o virgili q̄ alte pin⁹ et alte arbores. i. v̄rbs romana et cesar et sacri fontes. i. sapien  
tes senatores qui sunt pleni sapientia et arbusta id est populus romanus vel parui seculares  
expectabant te.

¶ Tityrus.

Quid facerez. neq̄ seruicio me exire licebat  
Nec tam presentes alibi cognoscere diuos.  
Hic illum vidi suuenem melibee; quotannis  
Bis senos cui nostra dies altaria sumant.  
Hic mibi responsum primus dedit; ille petenti  
Pascite vt ante boves pueri summittite thauros

angustus edit. i. tribuit. primus. i. in prima mea petitione responsum. i. libertate. et ille. i. augu  
stus dicit supple mibi peteti. i. quereti libertate. o pueria. o pastores pascite. i. nutritte boves. i.  
vaccas ut ante. i. sicut fecisti et summittire. i. coniungite thauros cu vaccis. ¶ Quid facerem.  
Respondet tityrus. O melibee quid fecissim si non venissem romā: quia manens in mantua  
semper fuisse seruus: nec innenisse deos vel dios tam ppicios sicut hic nec amicos adinto  
res. ¶ Hic illum. vocat octavianū angustum innenem non puerum. quia senatus decrenerat ve  
nemo vocaret eum puerum ne minueretur laus imperij: quia ve terre cuius rex puer est. dicit  
ergo hic id est rome vidi quotannis id est singulis annis augustū qui est mibi ille deus de quo  
querebat melibea. ¶ Bissenos cui id est isti deo ego sacrifico semel in mense: quia quolibet  
mense faciebant festum augusti. ¶ Hic mibi. id est iste fuit qui primo dedit mibi libertatem  
in prima mea petitione dicens mibi et alijs pastoribus meis. pascite vt ante boves id ē viuute

a liij

# Egloga

libere sicut ante solebatis. id est ante tempora bellorum. et consurgite tauros cum vaccis: et equos cu[m] inuentis ad generationem: sicut dicit de[us] in Besi. i. Crescite et multiplicamini. De.

**G** Lonstrue sic. O tityre  
senex id est antique fortunatus  
id est bonam fortunam habens  
ergo tua rura id est tui agri ma-  
nebunt et magna pascua sup.  
manebunt satis tibi id est tity-  
ro quis lapis. id est mons mu-  
ndus id est disco opertus: q[uod] pro  
et palus. i. lacus obducat omnia  
pascua. i. comeditionem anima-  
lium iuncto. i. illa herba lumenso-  
id est paludosa. et pabula id est  
pascua insueta. i. non consueta  
non tentabunt fetas graues id  
est non nutrient capellas gra-  
uidas. Nec contagia mala id est  
male infectiones vicini pecoris  
id est gregis ledent. id est insuci-  
ent fetas supple. O fortunate  
senex captabis. i. frequenter ca-  
pies bic. i. in isto loco inter flu-  
mina id est fluos nota. id est  
caros. et fontes sacros id est a-  
quas dedicatas nimbus. frig[us]  
opacum id est umbram delecta-  
bilem. hic id est ex alia parte se-  
pes id est clausura que est a limiti-

te id est termino vicino id est propinquio tibi semper siet supple depasta id est comesta florem  
salicti. i. salicis apibus id est ab illis animalibus bybleis. i. sic dictis. et sepes suadefit. i. incita-  
bit te inire. i. accipere somnum id est quietem susurro leui id est murmur tenui. et frondator canet  
id est cantabit sub rupe alta id est de scopolio magno ad auras id est ad ventos. Nec palumbes. i.  
turture rause cessabunt tua cura gemere: nec turtur id est illa avis cessabit gemere id est canta-  
re ab ulmo id est ab illa arboze. **F**ortunate senex. Vocat tityrum id est virgilium senem: non  
ratione etatis sed ratione fortune: quia babebat bonam et pingue fortunam sicut solent babe-  
re senes vel sensati homines. dicit ergo O tityre tu es felix quia agri tui manebunt et pascua  
lata circundata montibus saxosis ex una parte et aqua paludosa ex alia. et oves tue pregnan-  
tes et fete tue non babebunt pascua insolita immo sicut in mantua similia nec ledentur ex con-  
tagio vicini pecoris. **F**ortunate senex. Hic iterum melibens narrat felicitatem tityri optum  
ad seipsum dicens. O tityre pecora tua sunt fortunata: ut distimus. tu es etiam felix inter ista  
flumina iuncta et fontes sacros: quia in fontibus sunt nimbi sacre. Hic enim in estate capies  
frigus opacum id est umbram delectabilem: et babes ex uno latere sepem et salicem ubi apes pa-  
scuntur ex quarum susurro vel tenui murmur dormies. Et hic est synodoche sepes depasta flo-  
rem salicti. Ubi notandum quod hic sepes est serpens: sed hec sepes est dumus vel clausura. Gal-  
ictum autem est species salicis vel locus in quo crescent salices quod alio nomine dicitur sali-  
cketum. et de salice saliendo quia cito de terra salit crescendo. **H**inc alta sub rupe. dicit ex alia  
parte audies cantare philomena et palumbes et turtures quarum cantus est ut gemitus. Et est  
frondator equinocum: quia significat illum qui in estate facit manipulos ex frondibus arborum  
ad nutriendum animalia in hyeme. vel significat illum qui remonet folia de vitibus ut vnde ma-  
ture stant a sole. et etiam significat auticulam que cantat inter frondes viriditer videtur quando catat. **U**lmus autem est arbor quam yiali supponunt vitibus suis. Palumbes est quis dicta quasi  
parcens lumbis: quia non coit nisi semel in anno vel bis. Sed alij columbi dicuntur quasi cole-

**F**ortunate senex ergo tua rura manebunt  
**E**t tibi magna satis: quis lapis omnia nudus  
**L**imosoq[ue] palus obducat pascua iuncto.  
**N**on insueta graues tentabunt pabula fetas:  
**N**ec mala vicini pecoris contagia ledent  
**F**ortunate senex hic inter flumina nota  
**E**t fontes sacros frigus captabis opacum:  
**H**inc tibi que semper vicino ab limite sepes  
**B**ybleis apibus florem depasta salicti  
**S**epe leui somnum suadefit inire susurro:  
**H**inc alta sub rupe canet frondator ad auras:

**N**ec tamen interea rause tua cura palumbes  
**N**ec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo.

Prima

tes lumbos quia quolibet mense coeunt. et est palumbes agrestis iuxta illud. Tecta columba subit sua rura palumbes habebit. Sed virgilius dicit. palumbes est nomen grecum quod lati ni mutant in us. et est avis cantans rance si cuit homo tussiens.

Tityrus.

Ante leues ergo pascentur in ethere cerui:

Et freta destrinquent nudos in littore pisces;

Ante pererratis amborum finibus exul

Aut ararim partbus bibet; aut germania tigrum

Quod nostro illius labatur pectore vultus,

circundatis. aut partbus id est ille populus bibet ararim id est in illum fluminum aut germania id est ille populus bibet tigrum id est illum fluminum: quod id est ante quod vultus id est memoria illius id est cesaris labat ir id est recedat a nostro pectore id est a nostro corde. Ante leues ergo. Re spondet tityrus quod consideratis istis felicitatibus ipse nunquam desinet amare illum deum nec possit facere contrarium: sicut impossibile est mutare rerum ordinem: scilicet cernum volare pisces ambulare: et fluminum orientis transferri in fluminum occidentis cum sua totali regione:

Melibeus.

At nos hinc alij stientes ibimus affros:

Pars scityam: et rapidi crete veniemus oare

Et penitus toto diuisos orbe britannos

En vnquam patrios longo post tempore fines

Pauperis et tuguri congestum cespite culmen

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas

Impius bec tam culta noualia miles habebit

Barbarus has segetes: en quo discordia ciues

Perduxit miseros: en quis consuevimus agros:

Insere nunc melibee pyros: pone ordine vites:

Ite mee quondam felix pecus: ite capelle

Non ego vos post bac viridi projectus in antro

Dumosa de rupe procul pendere videbo:

Carmina nulla canantur: nec me pascente capelle

Florentem scitysum et salices carpetis amaras.

bor. i. admirabor. et miles ipius. i. malus habebit. i. possidebit bec noualia. i. noua rura taz culta id est tam bene laborata. et barbarus miles id est extraneus habebit supple has segetes. en quo id est ad quam miseriari discordia id est lis perduxit id est miseri ciues miseros id est maestra

Construe. Lerni id est illa anima leues id est velocias pascentur id est nutritur in ethere id est aere. et freta. i. maria destrinquent id est relinquent pisces nudos id est sine aqua in littore id est in ripa maris. aut ego ero exul id est electus a patria mea. et hoc dico finibus id est regionibus amborum scilicet partibus et germanorum pererratis id est

Construe. At id est sed o tityre supple nos alij scilicet man tuani hinc. id est a regione nostra ibimus affros stientes id est ad africam scilicet libiavbitagio celidissima est. et pars nostrum supplebit scityam id est ad illam regionem. et veniam id est ibimus oare id est ad illum fluminum rapidum id est velociter fluentem crete id est illius patre: et veniamus britanos id est ad anglicos diuisos id est separatos penitus id est omnino tote obie id est ab omni climate: en vnquam id est nunguid aliquando veniamus ad fines patrios id est ad patriam nostram longo tempore id est per magnum tempus post id est possum recelerimus. et en vnquam id est nunguid aliquando ergo melibeu videbo culmen id est stipulam tuguri pauperis id est domus pastoralis congestum. i. cōpositū cespite. i. gleba terre. et ego melibeu videbo post aliquot aristas. i. possit multa tempora mea regna id est meas possessiones mirabili

## Egloga

nos ecules. eni quis id est quibus conserimus. i. plantauimus agros. i. grua. o melibee insere id est planta nunc piros. i. illas arbores ordine id est sū ordinem. et pone id est dispone vites. i. vineas ordine. o mee capelle quondam. i. aliquando felix pecus dico supple ite. i. a me abite et ego melibee projectus id est iacens. in antro id est in fouea non videbo vos capras posibac procul id est a longe de rupe dumosa. i. ex scopulo spinoso pendere id est pastere. Et ego nulla carmina canam id est non cantabo more rustico; et vos capelle no carpatis id est no comedetis scitbysum florem. i. illam berbam. et no carpatis salices id est illas arbores amaras bo minibus supple. At nos. Dic melibee postquam narravit miseras futuras prenósticat eas dicens. O tity tu es felix in terra tua: nos autem miseris. i. et iles extra solum positi. et est ibi pro lepsis. ibimus vna pars ad orientem. et septentrionem: alia ad affricam scientem. s. ad libitaz vbi est regio calidissima et quasi inhabibilis. et per contrarium scitbia est patria frigidissima in septentrione cuius frigiditatem ponit virgilinus in quarto georgicorum. Quares est fluminis illius regionis vel patrie albus: qz fluit per terram cretosam. diuisos orbe britanos. qz no sunt nisi septem climata: et inter illa britanni non sunt inclusi et enumerati. britones autem vocat anglicos qui venerunt de saxonia. et expulerunt britones de illa britania maiore que est magna in sula inter septentrionem et occidentem separata a gallia et ab offi alia patria. En vnq yna dictio est. en interrogat. vncq. i. aliquando nucq. i. nūquid aliquando veniemus. et p modū dolētis plangit melibee dicens. heu nucq videbo in eternū patriā meā et parnū tugurū meum cōpositū ex cespīte et cooperī culmis. et dicit tuguri pro tuguri sicut prius dixit peculi p peculij. Espes est gleba terre herbova ex qua rustici faciunt muros domorum suarum eas superad dendo in modum lapidis. Culmus est calamus nouus crescent et capis pro stipula q crescit sicut calamii crescent. et inde d. culmen tectum vel festum domus. et culmen hic capitur pro domo sicut pars pro toto. Post aliquot et. id est nucq erit mihi licitum post alias miseras videre regna mea. i. possessiones meas et agros meos quos regebam. Et per aristas intelligit etates iet per etates annos per metebat. Impius bec. vocat augustum militē et latenter increpat eum. qz abstulit a mantuanis agros suos sine misericordia: vel qz victor gessit bellum ciuiile contra anthoniū. et vocat noualia agros qui renouantur nova segete quolibet anno. Szppiae noualia sunt filie nove crescentes postquam absita sunt nemora. plangit ergo melibens se seminasse et plantasse p alijs extraneis et barbaris. En quo discordia ciues. Dic exclamat contra ciuitates discordes dicens q discordia est causa totius miserie: q omne regnum in se diuisuz desolabitur. Inserere nunc melibee. hic facit apostropbā loquendō ad seipsum yronice et p modū displicente bortans seipsum ad plantandum arbores et ad seminandū segetes. q. d. q frustra laboraret. Itē mee. Dic dolenter recedit a suis possessionibus dicens ad capras suas ite sub aliud dominū quia ego ero sepultus in quadā fouea et nūc videbo vos pascendo pen dentes arbores et diuinos nec cantabo carmina sicut solent pastores. Et est scitibus virgultum crescent in scitbia ciuitate. et dicūt quedā glose q est bedera arborea. aliqui etiā dicūt q est cap foliū. et vocat salices amaras no capris qz eas libenter cemedūt h̄z hoib' sūt amare. Tity.

Hic tamen bac mecum poteris requiescere nocte

Fronde super viridi: sunt nobis mitia poma

Castanee molles: et pressi copia lactis.

Et iam summa procul villarum culmina fumant.

Maioresq cadunt altis de montibus umbre

camini villarum. i. oppidoz sumant. i. sumū emittant pcul. i. a longe. zymbre maiores cadunt. i. duplicantur de altis montibus. Dic tamen tityrus consolatur melibēum quia iam aduerserascit ipsum imitans ad cēnam super berbam viridem et ad sercula rustica sez ad caseum castaneas et poma. Et iam summa. Dic virgilinus per signum noctis vult ostendere sinem istius eglogue adesse sicut dies sinit adueniente vespera et palubi recedunt in vespera ad filias et relinquit agros q sunt iuxta mare

tirenum sumant et culmina domoz qz preparatur cena:z not que est magna umbra videtur ca  
dere de montibus altis qui obiciuntur soli. Letera videantur supra textum.

Publij Virg i. Waro. Egloga secunda

**F**ormosus pastor corydon ardebat a  
lexim

Delicias dñi nec qd speraret habebat

Lantū inter densas (umbrosa cacumina) fagos

Affidue veniebat ibi hec incondita solus

Montibus et silvis studio iactabat inani.

O crudelis alexi nibil mea carmina curas

Nil nostri miserere: mori me deniqz cogis

Nunc etiam pecudes umbras et frigora captant:

Nunc virides etiam occultant spineta lacertos:

Testylis et rapido fessis messoribus estu

Allia serpillum berbas contundit oientes,

At mecum raucis: tua dum vestigia lustro:

Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

Nonne fuit satius tristes amaryllidis iras

Atqz superba pati fastidia: nonne menalcam:

Quāuis ille niger: quāuis tu candidus essem:

O formose puer nimium ne crede colori.

Alba ligustra cadunt: vaccinia nigra leguntur,

rapido. id est vehementer: et arbusta resonant sub sole ardenti. id est calido mecum. id cum me corydona: cuz cicadis. i. illis aialibus raucis. i. rauce cantabim. dū lustro. i. circūdo tua vestigia id est tuos passus. nonne. i. nūquid fuit satius. i. melius me pati iras. i. rancore tristes. i. nō sictas et pati inqz fastidia supba. i. verba supbie plena amaryllidis. i. illi mulieris: et nonne fuit satius me corydone sup. amasse menalca. i. illum pastorem: quāuis ille scilz menalca esset niger quāuis tu alexis essem candidus. i. formosus. O puer formose. id est pulchre ne. i. non crede. i. confidas nimium. i. multum colori. id est pulchritudini. Nam ligustra illi flores alba. id est pulchra cadunt. i. labuntur: et vaccinia. i. ille viole nigra. id est purpurei coloris leguntur. i. colliguntur. O Formosum pastor. Secunda egloga sequitur que sic intitulatur alexis: qz loquitur devehementi amore quem habebat Virgilus in alexim. In bac egloga introducitur poeta recitans nimium solum inter duos pastores: scilicet corydonem et alexim in domo pellionis dicens. quādā homo et corydon pastor ardebat. i. impatienter amat alexim. Et notandum qz corydon est virgi-

6  
Construe. Corydon pastor ardebat. i. ardenter diligebat aletum. i. illum puerum formosum i. pulchrum existetem sive de-licias dominat corydon non ha-bebat illud quod speraret. i. desiderat sive nec quid speraret habebat. i. nec spem potiedi ha-bebat: et corydon veniebat assidue. i. sepius tantum. i. tantum modo inter fagos. i. illas arbo-res densas. i. spissas et inter ca-cumina umbrosa. i. inter summi-tates montis umbram haben-tes: i. ipse solus ibi. i. in illo loco iactabat. i. fundebat in cassum hec verba sequentia scilicet o-crudelis et incondita. i. subito dicta in montibus et fulvisca-ni studio. id est vano labore. o alexi. o puer crudelis. i. fine mis-ficordia. nibil. i. non curas mea carmina. i. mess cantilenas et mil. i. non miserere. i. misereri nostri. i. mei corydonis: et tu co-gis me corydonem mori. i. perf-re obire: et pecdes. i. animalia captant. i. capiunt umbras. id est frigeratioes. frigora. id est lo-ca aprica et spineta. id est spine vel loc in quo crescunt spine oc-cultant. i. tegunt lacertos. i. illa animalia et testylis. i. vel cor-rydonis vel alia puella contun-dit. i. preparat alia. i. illa legu-mina et serpillum. i. illam herba et herbas oletes. id est odor: ife-ras messoribus. i. operarii fess-is. id est fatigant estu. i. calore

lius et est nomen fictum a nois cuiusdam avis dulciter cantantis que de corydalis: gallice chardon  
 nereau: que interpretatur dulce canens: quia Virgilus hic incitat dulciter cesarem ad amorem  
 suum. Lesar autem in persona alexis introducit et interpretat alexis sine responione. qz Lo:yo  
 mi impatienter amanti et multa petenti nihil in ista elegogia respondet. vel interpretat superbus  
 quia non dignatur respondere precibus: t: d: ab a quod est sine et lexis ratio vel respodio. Et qd  
 per alexim intelligatur est diversus modus dicendi: quia ista elegogia in aliquibus locis videtur  
 sonare unum et alibi aliud. Dicunt enim aliqui qz virgilius amavit tres: scz vnu, puerum nois  
 alexandrum quem post multas preces dedit ei pollio dominus suis specialis quem puerum cuz  
 tanta difficultate obtinuit: qz prima facie desperabat ipsum sibi dari: amavit etiam lerias puel-  
 lam et cebetem puerum quos dedit sibi mecenam: ad cuius requestam fecit georgica. Et dicunt  
 quidam qz fecit istam elegogiam de amore quo amabat illum cesar augustus qui cum maxima diffi-  
 cultate sibi restituit agros suos. dicit ergo primo virgilius in persona alterius poete qz corydon  
 quidam pastor ardebat alexim. id est ardenter diligerat: et capitul ardenter methaphorice. et  
 sic dicit doctrinale. t: p: bonus ardet amorem: et ardebat alexim. id est illum puerum quererat de-  
 licie domini sui pollionis. Et ista verba videntur magis sonare de alexandro: sed loquendo de  
 cesare ardebat alexim. i. cesarem qui erat delicie dñi. id est dñis delectabilis. mutando constructi-  
 onem transfigurata in intrastitu: qz dicit doctrinale. Illud qd regitur et rector idem sibi signant.  
 Qz Nec quid speraret babebat. i. nūqz sperabat ipm puerum sibi dari: vel de cesare nunqz sperabat  
 babere agros suos: quos tamen postea per importunitatem et frequentiam precandi obtinuit  
 Qz Tantum inter densas loquitur mox bois desperatis qui tristius vadit ad loca solitaria ad des-  
 dum. dicit ergo qz corydon non speras t: faciebat carmina sua tristia in montibus et filii.  
 Qz Inani studio: quia loquebatur absenti et nihil respondentem. Qz crudelis alexi. loquitur Vir-  
 gilius ad Alexandrum vel ad augustum vocans eum crudelē et inexorabile et impium sine misericordia  
 qz non erudit preces immo cogit cum mori pre dolore. Qz Nunc etiā pecudes. Dic ostendit ale-  
 xim debere misereri sui: qui non cessavit tota die orare cum magno sudore et sub estu diei: quod  
 ostendit per signa que sequuntur: qz pecudes querunt vmbra et lacerti virides querunt spineta.  
 Qz Nunc etiam testilis. id est vtor corydonis vel alta puella portat prandium messoribus subestu  
 diei et vritur nomine rustico mulieris: quia aliter rustici vocant mulieres suas testam vel corti  
 ces: quia sunt sicce et squalide: et est mirabile de illo prandio quod in tempore calidissimo fit ex  
 herbis calidissimis sicut ex allio et serpillo. Et consonat dicto rusticorum qui dicunt qz allia refri-  
 gerant: et consonat plinio in historiis qui dicit qz omnis medicina operatur per simile vel con-  
 trarium hoc est per se vel per accidens: calor enim per se calescit et per accidens frigescit. al-  
 lia enim in venis maximis aperiunt meatus corporis et resoluunt a corpore. Unde derelinquit  
 corpus frigus sicut rata facit viros castos et feminas luxuriari. Qz At mecum raucis. Licada est  
 vermis garrulus et querit vmbram sub estu diei. Qz Nonne sunt satius. id est nunquid fuisset mi-  
 bi melius amasse menalcam pastorem licet iste sit niger. vel noune fuisset mihi melius amasse  
 quandam rusticam mulierem licet iracundiam et superbam qz pati pro te tot labores? Per ama-  
 rillida intelligit leriam et per menalcam cebetem puerum quos sibi dedit mecenam. qui licet  
 non fuissent tam pulchri sicut Alexander: tamen debuissent sufficere virgilio: vel intelligit qz  
 fuisset melius sequi anthonium qz augustum. Qz Formose puer. Dic appropriat qz res nigre ali-  
 quando plus prouint qz albe: quanis dicat Virgilius in georgicis qz aries albus est melior in  
 tamen est regula generalis: quia ligustra que sunt flores albi cadunt et dimittuntur quasi yilia  
 et tamen viole purpuree tendentes ad nigredinem colliguntur tanqz pccose. hoc seruus. Alij  
 dicunt qz vaccinium est flos berbe que dicitur vuaide gallice: et in aliis ligustrum est flos sam-  
 buci et vaccinium est quoddam granum nigrum quo ad tingendum est. ptum: sic dicitur vul-  
 gariter qz piper est melius qz creta.

Qz alexi ego sum tibi despe-  
 cens. id est non placebo tibi nec Despectus tibi sum; nec quis sum queris alexi  
 queris quis. id est qualis ego sis  
 qz diues. id est Eum opulentis. pecoris nueri. id est gregis can-  
 didi qz abundans. id est co-  
 piolus lactis. id est liquoris **Wille mee siculis errant in montibus agne**  
 Qz diues pecoris nueri: qz lactis abundans.

Secunda

**Z**ac mibi nō estate nouum: non frigore defit

**C**anto que solitus si quādo armēta vocabat

**A**mphion dirceus in acteo aracynto.

**N**ec sum adeo informis: nuper me in littore vidi

**L**ū placidū ventis stare mare: non ego dapnū

**J**udice te metuam: si nunq̄ fallat ymago.

id est aliquando vocabat armenta. i. greges suos cantu dulci. nec sum adeo. i. int̄m̄ informis. i. turpis: q̄r̄ vidi me corydonē in littore. i. in ripa maris. cum mare st̄aret. i. esset placidum. id est clarū vel quietū ventis. et nō metuā dapnū. i. illū puerū. & voc dico te alexi existente indice si ymago id est facies nunq̄ me corydonē fallat id est decipiat. **D**espectus tibi sum. Dic corydon allicit alexim ad sui amorem per illa tria quibus vtuntur amatores: sc̄z per dīnrias per pulchritudinē corporis & per cantū. **Q**uaz dines. iactat se babere oves niueas. i. albas que oves sunt meliores: vt habetur in georgicis. et melius est babere femellas multas que pariunt: & babent lac q̄ arietes. **L**ac mibi. Iactat se babere lac nouum per totum annū: quia oves bis pariunt in ytalia sicut habetur in georgicis. Bis grauide pecudes sc̄. et est laudabilis habere lac in vtroq̄ tempore q̄ babere casem qui potest seruari per annum. **C**anto que. Dic se ia etat ex cantilena dicens q̄ ipse ita bene cantat sicut amphion dirceus qui fuit rex thebanorū invenitor artis musices qui tam dulciter cantabat q̄ faciebat montes salire et trepidare. **A**racyntus est mons quem vocant atheum id est atbeniensem. et loquitur tanq̄ ignorans loca nobilia more rusticorum. sicut si aliquis diceret montem atheum esse diuisionem. vel parisū qui tamen est mons rotbomagensis. **N**ec sum adeo informis. Dic iactat se de pulchritudine corporis quia respexit se in littore quando mare erat placidum: quia quando mare est turpidū non bene representat ymaginem: et vidit se valde pulchrum si ymago sua non fallit representando. sicut patet de speculo concavo in quo non representat facies sicut est: nec i aquarbi apparet q̄ baculus integer sit fructus. Sed causa quare respexit se in littore est: quia pastores non habent speculum in campis nisi fontem vel aquam placidam. **N**on ego dapnū: Dicit se ita pulchrum sicut fuit dapnis primus pastor filius mercurij ex vna nymphā per quem intelligit Virgilii cornificum per byroniam metrificatorem ineptum et virgilio semper emulum.

**O** tantum libeat mecum tibi sordida rura

**A**tq̄ bumiles habitare casas: et frigere cernuos

**H**edorumq̄ gregem viridi compellere bibisco.

**M**ecum vna in filiis imitabere pana canendo

**P**an prīmus calmos cera consumere plures

**I**nstituit: pan curat oves: ouīnq̄ magistros.

**N**ec te peniteat calamo truiisse labelluz

**H**ec eadē vt sciret qđ nō faciebat amyntas:

**E**st mibi disparibus septē cōpacta cicutis

7  
mille agne id est oves mee. i. p. prie errant. i. pascuntur in montibus siculis. i. in sicilia existentibus lac non deest mibi id ē corydioni nouū in estate. i. tēpōe calido: nec lac defit in frigore sed omni tēpōe ego babeo. cāto id est cano q̄ amphion. i. inventoz artis musices direcū. i. ret thebanorū solitus est cantare in aracinto id est i illo mōte acteo id est atbeniensi. siq̄ id est aliquando vocabat armenta. i. greges suos cantu dulci. nec sum adeo. i. int̄m̄ informis. i. turpis: q̄r̄ vidi me corydonē in littore. i. in ripa maris. cum mare st̄aret. i. esset placidum. id est clarū vel quietū ventis. et nō metuā dapnū. i. illū puerū. & voc dico te alexi existente indice si ymago id est facies nunq̄ me corydonē fallat id est decipiat. **D**espectus tibi sum. Dic corydon allicit alexim ad sui amorem per illa tria quibus vtuntur amatores: sc̄z per dīnrias per pulchritudinē corporis & per cantū. **Q**uaz dines. iactat se babere oves niueas. i. albas que oves sunt meliores: vt habetur in georgicis. et melius est babere femellas multas que pariunt: & babent lac q̄ arietes. **L**ac mibi. Iactat se babere lac nouum per totum annū: quia oves bis pariunt in ytalia sicut habetur in georgicis. Bis grauide pecudes sc̄. et est laudabilis habere lac in vtroq̄ tempore q̄ babere casem qui potest seruari per annum. **C**anto que. Dic se ia etat ex cantilena dicens q̄ ipse ita bene cantat sicut amphion dirceus qui fuit rex thebanorū invenitor artis musices qui tam dulciter cantabat q̄ faciebat montes salire et trepidare. **A**racyntus est mons quem vocant atheum id est atbeniensem. et loquitur tanq̄ ignorans loca nobilia more rusticorum. sicut si aliquis diceret montem atheum esse diuisionem. vel parisū qui tamen est mons rotbomagensis. **N**ec sum adeo informis. Dic iactat se de pulchritudine corporis quia respexit se in littore quando mare erat placidum: quia quando mare est turpidū non bene representat ymaginem: et vidit se valde pulchrum si ymago sua non fallit representando. sicut patet de speculo concavo in quo non representat facies sicut est: nec i aquarbi apparet q̄ baculus integer sit fructus. Sed causa quare respexit se in littore est: quia pastores non habent speculum in campis nisi fontem vel aquam placidam. **N**on ego dapnū: Dicit se ita pulchrum sicut fuit dapnis primus pastor filius mercurij ex vna nymphā per quem intelligit Virgilii cornificum per byroniam metrificatorem ineptum et virgilio semper emulum.

**L**ōstrue. O alexi libeat tibi id est placeat tantum id est tantūmodo habitare. i. frequentare: rura sordida id est que tu credis esse sordida et casas bumiles id est parvias domos pastorales & libeat tibi frigere cernuos id est venari illa animalia et libeat tibi compellere: id est ducere mecum gregem id est pecus bedorum id est bircorum: bibisco viridi id est ad. virgultum viride & imitabere. i. imitaberis me cum id est cū me corydone. vna id est simul. pana. i. deum pastorum in filiis id est in nemoribus canendo id est cantando. pan. id est ille deus instituit. i.

## Egloga

docuit primus confungere id ē fistula; dametas dono mībi quāz dedit olim  
final iungere plures calamos id est fistulas. et pan curat ones Et dixit moriens: te nunc habet ista secundū  
id est sollicitus de omnibus et curat mīgos ouium nec peineat Dicit dametas inuidit stultus amyntas  
id est non pīgeat te aletim triuissē labellus id est labia tua calamo id est fistula. et amyntas  
optabat sup. vt sciret hec eadez que volo te docere quod nō saepebat id est non sciebat et fistula est mībi corydoni compacta  
cōfecta cōfūcta septē cūtis disparibus. i. septem spachs diuersis. quā sc̄ fistulas dametas Preterea duo nec tuta mībi valle repe rti  
Capreoli: sparsis etiam nunc pellibus albo Bina die siccant ouis vbera quos t ibi seruo  
Iampridez a me illos abducere testylis orat  
Et faciet: quoniam sordent tibi munera nostra,  
dedit mībi dono. i. in donū et da metas dicit moriens ista fistula habet corydonē nunc secundū. i. magistrū secundū. et dicit das  
metas hec verba et amyntas quidā pastor stultus inuidit preterea duo caprioli rep̄ tī mībi. i. a me  
nō tuta valle. i. incognita valle: hoc pellib⁹ sparsis. i. tuncris albo siccāt latēdovbera  
ouis. i. matris quos. i. capriolos seruo. i. custodio tibi. et testylis. i. illa mulier orat. i. rogit tāpū  
dē. i. lōgo tpe abducere. i. remouere illos a me et ipsa faciat. i. babebit qm̄ nostra munera sordeūt  
i. vidēt sorida tibi. Q̄ tñ libeat. Hic virgilius significat vitā paſtoralē vt alexis nō spernat eū dices. vtinā placaret tibi habitare me cū ista rura q̄ putas esse sorida et habitare paſ  
domos et parua tuguria pastoralia et frigere cernos. i. delectari mecum et ducere edos ad bibiscū  
Et est bibiscus genus virgulti mollis et flexibilis. d̄. bibisco. i. ad bibiscū datim p̄ accō sicut in  
eneydē. et clamor celo. i. ad celū. Q̄ decū vna. hic virgilius inuitat illū puerū ad delectationē  
carūnis cum dicit cantabis mecum in filiis sicut deus totius nature qui dicit pan: quod no  
men in greco significat om̄is vel totū et inde dicitur panis. Et fuit pan deus rusticus qui pīge  
batur ad similitudinem totius nature. habebat cornua sicut luna vel ad modum radiorum lo  
lios: et faciem rubea sicut ignis vel ether quod idem est vt d̄r in georgicis. Ether enim est sp̄ra i  
gnis vel aer superior. Et in pectore habebat stellam ad representandum ymaginē stellarum. et  
eius pars inferior erat hispida et pilosa ad significandum radices arboris que sunt in terra fi  
ent capilli in capite. Et habebat pedes curuos ad significandum circulum anni. Natura enim  
omnia ista habet in se video deus nature sic pingebatur. Iste autem amavit syringā nympham  
sed ipsa propter illius turpitudinem noluit ipsum diligere. et fugiens a facie eius iplozauit ter  
lius floriz purpurei. et o pastores spargite. i. implete bumū id est terra solis. i. floribus et indu-  
cite vmbras fontibus id est facite nemora circa fontes. nam daphnis mandat id est vult talia  
sibi fieri. i. cōpleri. et o pastores facite tumulū. i. sepulchrū et superaddite id est inscribite car-  
men versus tumulo. i. sepulchro. et ego sum supple daphnis notus. i. cognitus in filiis: et ego  
sum notus hinc. i. ab hoc loco vloq ad sydera id est ad celū. et ipse. i. ego daphnis eram supple cu-  
stos formosior. i. dignior vel bonus imperator formosi pecoris. i. opini gregis. Q Extinctum  
nympe. hic aggreditur materiā principalē bumis eglogue et incipit lugere super more daph-  
nidis pastoris optimi. et dat modū plangēdi in alijs funeribus. et hīn alios hic deslef̄ iulius ce-  
sar quem brutus et cassius interficerunt in senatu. ideo d̄ crudeli funere. vel potest intelligi de  
quintilio varro cognato virgilii. Dicit ergo q nympe pietate mote deslebant daphnim pa-  
storem vel iulium cesarem vel quintilium varrum. et quia incredibile est q desleuerunt: ideo addu-  
cit testimoniu: sc̄ corylos et flumina more pastoriū: qui sunt simplices vocando in testimoniu-  
res irrationales: vel hoc facit ad designanduz aliquod miraculū quo sunt factum tempore illo  
vel quia persona tristis credit q oīa sentiant tristiciam sicut ipsa. Q Lū cōplerā sui corpus id ē  
tunc nympe fleuerunt qsi daphnim mortuū amplexa est sua mater: sicut faciunt lugentes: et  
illa mater in dolore suo iniuriabatur celestibus: quia vocavit astra crudelia: quia dederūt filio  
suo tale fatū. Q Non vlli pastos illis. Dicit q moīs daphnidis suis ita dānosa toti mundo: q  
omnia ai alia muta sererunt inde dolorē et iacturā: nec voluerūt illis diebus comedere nec bu-  
bere. et hoc est etiam incredibile: ideo adducit ad testimoniu: Q Daphni tūm. i. leones feroci-  
es de africa gemuerunt et vocem dederunt filie. Q Daphnis et armenias. Hic dicit laudes illius  
mortui vt dolor accrescat. et maxime intelligitur de iulio cesare qui primus adduxit roman sa-  
cra et festa lyei vel liberi et facere tbyasos bachi id est chreas et saltationes que siebant in fe-  
sto bachi. ipse etiam instituit domare tigres sic q possent ligari arato sicut alia animalia. ipse  
etiam instituit sustinere vite in vlmis. Q Uritis vt arboribus. Iterum laudat eum: quia ipse erat

Ut gregibus tbauri: segetes vt pinguis aruis:  
Tu decus omne tuis, postq' te fata tulerūt:  
Ipsa pales agros: atq' ipse reliquit apollo.  
Brandia sepe quisbus mādauiimus ordea sulsis:  
Infelix lolium: et steriles dominātur auene,  
Pro molli viola: pro purpureo narciso  
Carduus: et spinis surgit palurus acutis.  
Spargite bumū folijs: inducite fontib' vmbras  
Pastores: mandat fieri sibi talia daphnis.  
Et tumulū facite: et tumulo superaddite carmen  
Daphnis ego i filiis binc vloq ad sydera notus:  
Formosi pecoris custos formosior ipse.

de celo pulchritudo totius sue progenie: sicut vltis decorat arbores: et vne vltis et thamniges: et campos segetes. 19  
 Q Postquam te fata. id est post mortem tuam palea dea pauli et apollo de  
 ns berbarum reliquerunt agros: et vbi seminabatur ordea non nascebatur nisi herbe inutiles:  
 et auene steriles: nec creuerunt post herbe viles sed pro viola vel flore narcisso pulcherrimo na-  
 scuntur in terra cardones et papauer et paluri spinosum: est palurus quedam specie tristibus si-  
 cut lapa vel glis. Q Spargite humum. Hic mandat alijs pastorum: ut faciant tumulum et statu-  
 ant arbores circa fontes: quia anime nobilium dicebantur vagari circa filias lucos fontes et  
 flumina. mandat etiam et rogat vel ordinat in suo testamento sepulcrum sibi fieri. Q Superad  
 dite carmen. i. super tumulum scribite epytaphium illud quod sequitur. Dapnus ego in filiis  
 id est hic iacet dapnus qui est natus usque ad sydera. qui sunt pastores pulcherrimi  
 pecoris inter omnes pastores.

Q Menalcas.

Q Contrue. O poeta divine: tu  
 um carmen. i. tuum epitaphium  
 est tale. i. tam gratius nobis qua-  
 le. i. qualis res est sopor. i. som-  
 nus fessus. i. fatigatis in gram-  
 ne id est in herba: et quale. i. qua-  
 lis res est restinguere. i. oppri-  
 mere fitim. i. appetitum biben-  
 di: riuco. i. apud riuum saliente  
 transeunte dulcis aque o puer  
 fortunate. i. felix non solum eq  
 paras. i. non est similis calamis.  
 id est fistulis sed equiparas ma-  
 gistrum voce. i. cantu et o puer  
 tu eris nunc mater. i. secundus  
 ab illo magistro: et nos dicemus.  
 id est proponemus vicissim. i. al-  
 ternati bec nostra carmina quicunque

Tale tuus carmen nobis divine poeta:

Quale soper fessis in gramine: quale per estum

Dulcis aquae saliente fitim restringuere riuo.

Nec calamis soli equiparas: sed voce magistrum

Fortunate puer: tu nunc eris alter ab illo.

Nos tamē bec quoquaque modo tibi nostra vicissim

Dicemus: dapnus tuum tollemus ad astra.

Dapnus ad astra feremus: amauit nos quis dapnus

modo poterimus. et nos tollemus. i. erigemus tuum dapnum ad astra. i. ad sydera: et nos fere-  
 mus. i. portabimus dapnum ad astra. i. ad celum: quod dapnus amauit nos pastores. Q Tale tuum  
 carmen. Dic menalcas laudat mopsum dicens quod suum carmen est tam delectabile sibi sicut est  
 somnus fessus hominibus vel aqua frigida fitientibus. Q Nec calamis soli. i. tu es par magistro  
 tuo non solum in instrumentis musicis: sed etiam in voce: quia vteris pulchris vocibus senten-  
 tis delectabilibus et iam tu eris secundus ab illo magistro. Q Nos tamē. i. quis non sim dignus  
 centare tecum: tamen alternatum taliter ego etiam volo laudare dapnum qui sunt ami-  
 cus meus.

Q Mopius.

An quicquam nobis tali sit munere maius?

Et puer ipse fuit cantari dignus: et ista

Iam pridem stimichon laudauit carmina nobis,

dem. i. iamdudum ista carmina facta de dapnide. Q An quicquam nobis.

Respondet mopsus quod

Contrue sic. An. i. virrum quod  
Q. i. aliquid sit maius. i. praestanti nobis. i. pastoribus tali munere. i. Q  
 celebrare seu eleuare istum dapnum usque ad astram: ipse puer  
 i. dapnus fuit dignus catari. i. cantando laudari: et stimichon  
 i. quidam pastor laudauit tam pri-

Q Menalcas.

Candidus insuetum miratur limen olimpi:

Sub pedibusque videt nubes et sydera dapnus.

Ergo alacris filias et cetera rura voluptas:

Panach pastoresque teneri diadasque puellas

Contrue sic. Dapnus candidus. i. dens miratur. i. admirat limen olimpi. id est ingressum celum insuetum. i. omnino insolitum videri: et ipse videt nubes sub pedibus suis: et videt sydera. id est stellas sub pedibus ergo vo-

# Lgloga

i. leticia alacris. i. leta tenet. i. a  
plectis silvas. i. neora et cetera  
rura. i. alios agros et tenet inq  
pana. i. deu pasto. i. pastores p  
fos et pueras dyadas. i. illas' ni  
phae et lupus. i. illud animal no  
meditatur. i. cogitat infidias. i.  
deceptionem pecori. i. gregi. et  
ylla iherbia non meditantur do  
lum. i. fraudem ceruis. i. illis ani  
malibus. et dapbnis amat ocia.  
i. pacem. et ipsi montes intonisi.  
i. herbam vel arbores babetes  
fasant. i. emitunt voces ad sy  
dera. i. vsq ad celum leticia. id  
est. ppter leticiam rupes ipse. i.  
ipa sara fasant carmina. et ipa  
arbusta. i. ipse arbores sonant.  
i. cantant o menalca ille. id est  
ille dapbnis qui est mortuus e  
dens o dapbn felix sis et bon  
i. propicius tuis. i. famulis en  
i. ecce psecreamus sup. qtrnoz a  
ras. i. altaria o dapbn cõsecre  
mus duas aras tibi et consecra  
mus duo altaria phebo. id est il  
li deo. et ego statuum. i. constitu  
am quotannis. i. singulis annis  
bina pocula. i. duo vasa spuma  
tia. i. redundantia lacte nouo. et  
statuam duos crateras. i. duo  
vasa olui piguis. i. olei dulcis.  
et ego hylarans. i. leriscans co  
uinia in primis. i. sup omnia cu  
multo bacho. ego funda. i. spar  
gam vina armia. i. vina optia  
de illa patria sez nectar nouum  
calatis. i. vasis. et si frigus erit  
fundam ante focum. i. ignem. et si  
messis. i. estas sit ego fundam vi  
num in umbra. et post potuz da  
metas. i. ille pastor. i. alius pastor licet. i. cretensis cantabunt mihi. et alphesibeus. id  
est alius pastor imitabitur. i. representabit satyros saltantes. i. silvestres. et hec sacrificia erunt  
semper tibi. et cum. i. quando reddemus. i. dñdinus nymphis. i. deabus vota. i. sacrificia sole  
nta. i. magnifica. et cuz lustrabimus. i. circundabimus agros. et du aper. i. porcus silvestris ama  
bit iuga montis. i. colles montium. et dum pisces amabit flumos. et du apes. i. illa animalia pa  
scentur. i. nutrientur thimo. i. illo flore. et dum cicade. i. illa animalia pascent rore. i. prunna. sem  
per bonos tuos. et nomen tuum. i. fama tua. et laudes manebunt. i. erunt in memoris hominum  
et agricole. i. rustici colentes terram facient tibi vota. i. sacrificia quotannis. i. singulis annis fi  
cut faciunt bacho. i. illi deo cereri. i. dee frugum. et damnabis. i. obligabis homines votis. i. ad  
sacrificia facienda. **L**andidus. Dic menalcas incipit carmen suu cotinens vigintiquag metra  
sicut fecit pdictum carmen mopsi epycediū. i. extinctū nymphē et epiraphibz ibi. Dapbnis ego  
in filius. Dicit ergo menalcas q dapbnis est nunc candidus felix. et gloriosus in celo respicies

sub pedibus suis lumen celi scz spera ignis et aliozū alimētorū: qz est in altissimo cū magnis dīs  
videt sub pedibus suis astra. et quādo dicit candidus vult dicere qz ideo vivit super et bera qz p  
cotrariū mortui dicunt nigrī. Ergo glacri. i. luctus predictus veritutur in gaudiū. et omia illa  
qz flenerunt mortē dapnīdis nunc exultant: quia vivit et regnat in celo. et sic meror vertitur in  
gaudiū. Hūc ergo voluptas glacri. i. leta tenet filias rura et pana deū pasto: et pastores et  
dīadas. i. deas montiū et florū. cōtra illud qd dictū fuerat. Extinctū nymphē. Nec lupus. i.  
lupus et aialia ferocia exultant laudantes dapnīm deificatū. i. tam amici qz hostes landabūt  
tulū cesarem post mortē. Intonsi montes. i. pleni arboribus et arbusta. s. iuuenes homines et  
barbati boies vocant ipm deū dicēdo bis. deus deus ille est: qz geminatio vocabuli facit certi  
tudinē. His bonus o felix. dī dicunt felices ab effectibus. s. quando dant felicia dona. sis er  
go felix. i. propictus tuis amicis: quia angustus psecutus est acerrime pcessores iulij cesaris pa  
tris. En quattuor aras. Dicit se facturū quattroz aras. duas dapnīdi et duas phebo. ara em  
est cois inferis et supis dīs: sed altaria priuent solis superioribus dīs et dicunt ab altitudine.  
Sed queris quare nō dat phebo altaria in numero impari: qz postea dicetur. Numero deī im  
pare gaudet. Responde qz vim porpbriū apollo bz trīplīcē potestate. bz sol apud superos: et  
bz liber pater in terris: et apollo apud inferos. ideo simulachrū apollinis bz tria insignia: scz ly  
ra qz significat celestē armoniā et potestatē solis in celo. et habebat grphē qz ostēdebat enzelle  
terrenū. et habebat sagittas ostendentes eū esse noxiū et deū infernalē. ideo Horati⁹ vocavit eū  
tam pestilentie qz salutis actoz. ideo virgilini⁹ p altaria ostendit numē supernū. et p duas aras  
in numero pari ostendit numen infernū. Pocula bina. i. statuā duo vase plena lacte novo ad sa  
crificandū quotānis. i. singulis annis. Eratherasqz duos. i. duo vase plena oleo ad infunden  
dū sup sacrificiū. Et multo in p̄mis. i. ego letificās cōiuia in p̄mis cū multo bacbo fundā vi  
na arvissia: scz nectar uōnū et dulce mustū ante focū in byeme: et sub umbra in estate. Et est arv  
fū p̄mōtorū in ytalia vbi sunt optima vina. Lantabūt mibi. i. post portū erūt ibi pastores le  
ti. s. danetas et egen lyctius. i. cretēsis: qui cantabūt mibi carmia qz vinū letificat coz hominis  
Haltantes satyros. i. erit alpbesibeu⁹ pastor: qz saltabit sicut satyri dī capoz. vnde licetū et  
religiosum est saltare in sacrificiis ad oīdendū qz quelz ps corporis sentit in se leticiā sacrificiū et  
gaudiū aīcē redūdat in corp⁹. Nec tibi semp erūt. i. no lafficit nobis semel sacrificare immo  
pseuerabimus quolz anno qz iustrabimus agros sicut prius dictū est. Eū faciā vitula. et etiā in  
festo nympharū. Dū tuga metis apes. i. qdū manebit rerū natura sacrificabim⁹ tibi sicut ali  
bi bz. In freta dū flum̄ currēt. et dū pisces amabūt flum̄os et apes amabunt thymū et cicade ro  
re. Et bacbo cerei. i. sicut agricole maxime colūt illa duo numia. scz bacbz et cererē qz sūt ne  
cessaria vite: sic etiā sacrificabūt tibi quotānis. i. oīb⁹ annis. Dānabis tu qz votis. i. Dūnera  
supra ligāt et obligāt et cōdenāt vel indicāt boiezē obnotū dator. Dicit ergo o dapnī nos  
sacrificabim⁹ tibi et tu dabis mīta bona qre erim⁹ tibi obnotū et obligati.

Mopsius.

Que tibi que tali reddam pro carmine dona:  
Nam neḡ me tantum venientis sibilus austri:  
Nec percussa iuuant fluctu tam littora: nec que  
Saxosas inter decurrent flum̄ina valles.

Iuuant id est delectant nec flum̄ina qz decurrent. i. flum̄int inter valles saxosas. i. plenas sapis tā  
tū me delectant. Que tibi. Hic mopsius laudat menalca qz ipse optime cātauit et in isto dicto  
est sollicitus quo munere donabit eu: qz carmē suū est sibi tā tocūdū qz iocundus est sibilus ven  
ti australis in calore vel sonit aque decurrentis per valles saxosas.

Me.

Hac te nos fragili donabimus ante cicuta:  
Dec nos formosuz corydon ardebat alexim:

Construe sic. Que dona id est  
munera o menalca reddam. i.  
dabo tibi pro tali carmine: nō  
neḡ sibilus. i. status austri. id ē  
illus venti venientis id est spi  
rantis non me delectat tantum  
sicut carmina tua. neḡ littora  
id est ripe percussa id est mota  
fluctu id est vndis tantum me  
fluctu id est vndis tantum me  
fragili. i. molli. et hec scz fistula  
docuit nos illā eglogā qz incipit  
Formosum pastor corydon et.  
ciii

## Egloga

et docuit nos aliam eglogam. Nec eadem docuit cuiuslibet peculis an melibet.  
Dic mihi dameta cuium te.  
¶ Hac te. Dic menalcas tanq̄ liberalis pastor preoccupat donum: quia qui cito dat bis dat. et  
dat mopsu vnam fistulam factam fragili circuia cum qua cunctauit illas eglogas Formosum pa-  
stor. et Dic mihi dameta. et est donum pastorale. Mopsus.

¶ Lōstrue sic. O menalca sume  
id est accipe pedū baculum curuū  
qđ pedū antigenes. i. ille pastor  
non tulit id est nō habuit cū ro-  
garet me sepe: et sepe antigenes  
erat tum. i. tunc dignus amari.  
dico ergo pedum formosum id

est pulchrum nodis paribus. i. equalibus ere. i. clavis. ¶ At tu sume pedū id est baculum curuū  
ad retinendum pecudes per pedem: quod pedū ipse nunq̄ voluit dare antigenē pastori: qui ta-  
men erat inueniens et dignus amari: quod pedum est nodosum sed est politum et in quolibet no-  
do est unus clavis erens ad ornatū baculi video dicit formosum paribus nodis atq̄ ere.

¶ Lōstrue sic. Thalia. i. illa mu-  
sa p̄ma. i. p̄ncipalis dignata est  
i. voluit ludere. i. cātare versu si  
racusio. i. versu buccolico. et ipa-  
thalia nō erubuit. i. non puduit  
cā bitare. i. frequētare filias. i.  
nemoza. et cū canerē reges id ē  
cū describerē facta regū: et pre-  
lia. i. bella apollo cynthiis. i. in  
illo monte natus vellit. i. mo-  
vit aurem. et ipse admonuit. i.  
docuit pastorez id est meyglīū  
dicēdo. O titryre id est o virgili  
oporet pascere oues pīgves. i.

dicere carmē buccolicū. et opor-  
tet dicere carmē deductū. i. bñ  
digestū. et ego virgilius medita-  
bor id est cogitabo musas agre-  
stem id est carmē buccolicū arū  
dine tenui id ē fistula dulci. nā  
aliqui superent tibi. i. supabun-  
dabūt qui cupiant. s. ovarie di-  
cere id ē describere tuas laudes  
et qui cupiat cōdere. i. narrare  
tristica bella id est p̄elia dura  
et ego nō cano inuissa. si qđ tñ  
sit captus amore id ē leticia le-  
get carmina tua et laudes tuas  
et o varre nostre mirice. i. ille  
arbores et nemus osse. i. om̄is  
filia canet te. i. laudabit tua fa-  
cta. et nulla pagina. i. charta est  
gratior. i. delectabilior p̄bebo  
qđ illa pagina que p̄scripsit no-  
men id est laudes ipsius Varri  
o pierides. o muse pgite id ē cā-  
tate. chromis id est ille iunensis

Aut tu sume pedum quod me cū sepe rogaret  
Non tulit antigenes: et erat tum dignus amari.  
Formosum paribus nodis atq̄ ere menalca.

Pu. Virgi. Oia. Egloga sexta.



Rima syracusio dignata est ludere  
versu

Nostra nec erubuit filias habitare  
thalia.

Cum canerem reges et prelia: cyntbus aurem  
Ellit: et admonuit pastorem: titryre pingues  
pascere oportet oues: deductum dicere carmen.  
Nunc ego nāq̄: super tibi erūti: qui dicere laudes  
Clare tuas cupiant: et tristia condere bella.)  
Agrestem tenui meditabor arūdine musam.

Non inuissa cano: si quis tamē hec quoq̄: si quis  
Captus amore leget: te nostre varre mirice:  
Te nemus omne canet: nec p̄bebo gratior vlla est  
qđ sibi que varri prescripsit pagina nomen.  
Pergite pierides: chromis et inasyllus in antro  
Silenum pueri somno videre iacentem:

Inflatum besserno venas vt semper iacebo;

Serta procul tantu*m* capiti delapsa facebat;

Et grauis attrita pendebat cantbarus ansa

Aggressi nam sepe senex spe carminis ambos

Luserat inicunt ipfis ex vincula sertis,

Addit se sociam timidisq; superuenit egle.

Egle natandum pulcherrima: iamq; videnti

Sanguineis frontem moris: et tempora pingit.

Ille dolum ridens: quo vincula necritis inquit)

Soluisti me pueri: satis est potuisse videri.

Carmina que vultis cognoscite: carmina vobis;

Huic aliud mercedis erit: simul incipit ipse.

Tum vero in numerum faunosq; ferasq; videres

Zudere: tum rigidas motare cacumina quercus,

Nec tantum phebo gaudet pernasia rupes:

Nec tantum rbodope mirat ur: tismarus orpheus

Quantu*m* omnis mundus gaudet cantate sileno.

et minasyllus. i. altius timentis videre. i. videbit filium. i. illus pedagogum bacchi facente. i. helse te. i. ppter sonum: inflatum venas i. plenulas venas iacebo. i. bacchus besserno. i. besserna die sapto ut sp solet: tertia. i. corone iacebat. i. erat delapsa. i. remota capit. i. a capite pcul. i. loge. et caput. i. illis vas granis. i. poderosus pedebat. i. pesus erat asa attrita. i. fracta. et ipsi pueri aggressi sunt in hincut. i. adiungit vincula ex ipsis sertis. i. cozdia qd ille senex. i. filium inserat. i. deriserat illos ambos pueros spe carminis. i. spando carmina ab illo. et egle. i. illa puerella addit. i. adiungit se sociam timidis. i. illis pueris timentibus. egle. i. illa dea pulcherria naiadu. i. nympharum fontiuz pigit. i. maculat videnti. i. sileno frontem moris sanguineis. i. illis fructib; rubeis: et pingit tempora. i. illas ptes capit. ille. i. silenus ridens. i. deridens dolum. i. fraudem inquit. i. dixit: quo. i. ppter qd necritis i. colligitis vincula. i. ligamino pueri soluite id est dissoluite me. satis est me potuisse videri a vobis: et cognoscete id est eligite o pueri illa carmina qd vultis et carmina erunt vobis p mercede. et aliu mercedis id est alia merces erit huic. i. egle. et ipse silenus incipit cantare simul. i. pariter. tui. i. quando silenus incepit cantare videres id est vide potuisse faunes. id est deos filiuestres: et feras. i. animalia filie nefaria ludere. i. saltare innumerum id est fin armonia canit. et tum videres quercus rigidas i. asperas et frondes motare id est frequenter mouere cacumina et rupes pernasia. i. mors thessalies: non tam gaudet phebo id est illo deo. et tismarus et rbodope id est illi mores thacie non mitratur. i. admirant opbeas. i. orpheu cantante: qd tu ois mundus gaudet. i. letatur sileno cantan-

## Egloga

te. et ipse silenus canebat yti. i. Namq; canebat uti magnū per īane coacta  
sicut semina terrar; t; aie. i. aeris  
t maris. i. aq; ignis līdī. i. pu  
ri fūssent coacta. i. collecta p; v  
ane magnū. i. p; magnū aerē va  
cū. t ipē canebat vti. i. sicut ola  
expordia fuerit et bis pīnis. i. se  
mīnib; t vt. i. q̄liter ipē orbis. i.  
mūd; cōcreuerit. i. simul creue  
rit et bis pīmis seminib;. t cane  
bat sicut solū. i. terra cepit dura  
re. i. fieri durū. t canebat quō or  
bis cepit discludere. i. in diuer  
sas p̄tes claudere nerea. i. denz  
marinym ponto. i. mari. t cane  
bat q̄liter orbis. cepit paulatim  
sumere formas. i. figurās rerū  
et canebat sicut terre stipeant  
i. mirantur solē lucescere. a. luce  
remittere nouū. i. insolitus. t ip  
se canebat sicut ymbres. i. plu  
vie cadant. i. decidant altius. i.  
et bēre summoris nubib;. i. ele  
uatis nubibus i. altū. t ipē cane  
bat sicut silue. i. nemora icipiat  
surgere. i. crescere pīmū. i. a pī  
cipio. et ipse canebat cūq; id est  
quo tēpore aialia rara. i. pauca  
aialia errat. i. vagant p; mōtes  
ignotos. i. cognitos. et ipse re  
fert. i. canit lapides pyrrhe id ē  
illī mulieris iactos. i. plectos  
post se. t canit Saturnia regna  
id est diluvii ipsius saturni. et  
ipse refert id ē narrat volucres  
id ē ares caucaseos. i. a caucaso  
monte dictas. t ipse refert fur  
tum. pmethei. i. illius astrologi  
et ipē silenus adiūgit Dylā. i.  
illa puerū relictū. i. submersum  
in fonte: quo. i. in quo sōte nau  
te. i. nāgantes clamassent. i.  
clamādo vocasse: rita vt omne  
littus songret. i. resonaret illas  
voces deiectas scilicet byla byla  
et ipē silenus solatur. i. cōsolat  
pasypbaen. i. vrorem mynois  
regis amore innēci. i. pp amo  
rēvni thauri: fortunata. i. felic  
cem si nunq; armenta. i. thauri  
fūssent. et ipse sic canebat Ab  
virgo. i. o mulier infelix id ē mi  
sera que dementia. id ē stulticia

Semina terrarūq; anīmeq; marisq; fūssent  
Et liquidi simul ignis: vt bis exordia pīmis  
Omnis: t ipse tener mundi cōcreuerit orbis.  
Cum durare solum: t discludere nerea pōto;  
Eeperit: t rerum paulatim sumere formas.  
Iamq; nouuz terre. stipeant lucescere solem  
Altius: atq; cadant summotis nubib; ymbres;  
Incipient silue cum pīmum surgere: cumq;  
Rara per ignotos errant animalia montes.  
Hinc lapides pyrrhe iactos: saturnia regna:  
Caucasea sq; refert volucres: furtūq; promethei.  
His adiungit bylam haute quō fonte relictū  
Clamassent: vt littus byla byla offie sonaret  
Et fortunatam (Si nunq; armenta fūssent)  
Pasypbaen nīuei solatur amore nīeci:  
Ab virgo infelix que te demētia cepit?  
Pretides iplerunt falsis inugitibus agros:  
At non tam turpes pecudū tamen villa secuta est  
Concubitus: q̄uis collo timuisse aratrum;  
Et sepe in leui quesisset cornua fronte.  
Ab virgo infelix: tu nūc in montibus erras.

Ille latus niuenz molli suffultus biacyntho

Ille sub nigra pallentes ruminat herbas.

Aut aliquaz in magno seq̄ grege; claudite n̄pbe

Dictee; n̄mpbe nemorū iam claudite saltus,

Si qua forte ferat oculis sese obvia nostris

Errabunda bouis vestigia; forsitan illum.

Aut berba captum viridi; aut armenta secutum

Perducant aliq stabula ad cortyni a vacce.

Tum canit besperidum miratam mala puellam.

Tum p̄betontiadas musco circūdat amare

Corticis; atq̄ solo proceras erigit alnos.

Tum canit errantem parmessi ad flumina galluz;

Alnos in montes ut duxerit vna sororum.

Etq; viro phebi chorus assurrexit om̄s.

Et linus hec illi diuino carmine pastor

Floribus; atq; apio crines ornatus amaro

Dixerit. bos tibi dant calamo ea accipe muse

Hscreo quos ante sens; quibus ille solebat

Cantando rigidas deducere montibus ornos;

His tibi grynei nemoris dicatur origo;

Ne quis sit lucus; quo se plus factet apolo;

Quid loquar; aut scyllā nysī; quā fama secuta est

cepit. id est decepit te. nam per  
trides. i. ille filie implerūt. i. re-  
plerunt agros saltis mugitib⁹.  
id est saltis vocib⁹; tamē nul-  
la illarum secuta est taz turpes  
concupitus. id est tam mala cō  
nubia pecudum. i. tbauroz; q̄  
nis ille timuissent aratruz. id ē  
ingum collo. i. in collo; et q̄nis  
ipse quesissent. id ē quesuissent.  
cornua in fronte leui. id est pla-  
na fronte; et ipse Silen⁹ canea-  
bat ista verba. Abvirgo infelicit  
id est misera tu nunc erras. id  
est vagaris in montibus: et ille  
scilicet tbaurus suffulcatus la-  
tus nivē. i. candidū biacyntho  
id est illa herba ruminat. i. dige-  
rit herbas pallētes; id est palli-  
das sub ilice. id ē illa arbores n̄  
gra. id est vmbrosa; aut. i. vel il-  
le tbaurus sequitur aliquam. i.  
vacca in magno grege. id est in  
magno armento boum; et vos  
nypbe dictee. id est cretenses  
clandite. i. claudatis saltus: id  
est saltatōnes nemop. i. filiaz  
si qua vestigia bonis. id ē tbau-  
ri errabunda ferant sepe. i. ve-  
niant obvia. i. facta in obutam  
nostris oculis: forsitan aliquae  
vacce perducant. i. ducant illū  
tbaurum captum amore vnius  
vacce in herba viridi; aut secu-  
tum armēta. i. alios boues pdn-  
cant inq ad stabula corbinia;  
i. cretensis; ipse silenus cantē  
puellam. i. arblante mirataz. i.  
que mirata est mala. i. poma be-  
speriduz. i. poma aurea: et ipse si-  
lenas circūdat: id ē narrat p̄be-  
tontiades. id est soores p̄betō-  
tis esse mutatas musco: id ē in  
museum corticis amare. id est  
acerber; et ipse silenus erigit: id ē  
eleuat alnos. id est arbores p̄ce-  
ras. id ē altissimas solo. i. a ter-  
ra: et silenus canit vt. i. quemad  
modū vna sororum. i. vna musa-  
rum duxerit in montes eonas. i.  
in montes pernas gallum. i. illū  
poetā errantē ad flumina. i. ad  
aquas p̄messas id est illius flumy

## Egloga

et silenus canit: ut omnis chō. **L**andida succinctā latrantibus inguina mōstris  
rus. i. omnis populus phebi. i.  
illius dei assurtererit. i. honorē **D**ulicbias vexasse rates & gurgite in alto  
fecerit viro. i. gallo & silenus ca-  
nit vt linus. i. ille pastor ornat⁹ **A**b timidos nautas canibus lacerasse marinis:  
crines. i. babēs crines ornatos  
apio. i. illo flore amaro: & orna-  
tus floribus dixerit. i. p̄tulerit  
dīmīo carmine bēc & ba sequē-  
tia illi scilicet gallo. o galle mu-  
se. i. nimphe dant tibi bos cala-  
mos. i. istas fistulas: tu accipe  
illos quos calamos muse dede-  
runt ante poete supple ascree  
id est de illa cūitate: scilicet be-  
fiōdo seni. i. antiquo quibus ca-  
lamis ille linus v̄l' besiōdus so-  
lebat deducere. i. deo: sum duce  
re ornos rigidas id ē illas arbo-  
res duras cantando. i. modula-  
do illis calamis: & o galle dica-  
tur. i. canatur origo. i. princi-  
pum nemoris grinei. i. silue dedi-  
cate apollini: ne quis sit lucus.  
id est ne aliquod sit nem⁹ quo.  
i. de quo apollo ia ceter se. i. glo-  
rietur plus. i. amplius quid lo-  
quar. i. quid debeo dicere: aut loquar. id est canam scyllam. id est filiam nysī. id est illius regis.  
quam scilicet scyllam succinctam. id est circundatam inguina candida. id est illas partes candi-  
das monstros marinis. id est canibus marinis: fama secuta est: id est de qua dicit ipsam vexasse  
id est versasse rates dulcibias. id est naues vixis: quam fama secuta est lacerasse gurgite. id est  
in mari alto. i. profundo nautas. i. nauigantes timidos canibus marinis. i. illis monstros. Aut  
quid ego loquar. i. dicam vt silenus narrauerit artus. i. membra tberi. i. regis tberi mutatos.  
id est variata propter dapes: quas dapes. i. que cibaria & que dona p̄bilomena. i. vxo sua para-  
rit. i. parauerit illi tberio: & silenus canit quo cursu. i. qua velocitate ille tbereus p̄tinerit deser-  
ta scz loca: & quibus alis. i. cum quibus alis ille tbereus infelix. i. miser volitauerit sup tecta sua  
& ille. i. silenus canit. i. narrat oīa que eurotas. i. ille fluuius qui beatus. i. felix audijt. i. audiuit  
phebo quondam meditāte. i. canente: & canit omnia q̄ eurotas supple iussit suis lauros. i. illas  
arbores ediscere. i. cōprehendere: & valles pulse. i. percusse referunt illa dicta a sileno ad sydera  
& ipse silenus canebat donec vesper iussit. i. precepit cogere. i. includere oues stabulis: & donec  
iussit referre numerum. i. reducere numerum: et canebat donec vesper p̄cessit. id est venti olim-  
po. i. ab illo monte inuitu. id est nolente: quia ille mons libenter audiebat armoniā cantus ip-  
fius sileni. **P**rima syracusio. Titulus buiis eglogue est faunorum satyrorum silenorum dele-  
ctatio: et sunt fauni dij pastorum: satyri vero sunt parui dij reprobenses: sileni sunt dñi incubi  
**I**stam eglogam fecit virgilius principaliter ad laudem varri amici sui: et sepe fuit decantata  
in cytharijs quia delectabilis est et iocosa. et primo excusat se virgilius: quia sub stilo buccoli-  
co decantat laudes varri. Posset enim reprobendi eo q̄ non est vsus stilo gradiloquo. dicit igit  
q̄ non est reprobendens stilus buccolicus: qz talis prima & principalis musa dignata est lu-  
dere vel cantare versus syracusio. i. musa sicalia locuta est per theocritū poetā qui erat de syracu-  
sa cūitate: & est syracusius derivatio greca: qz latine dicitur syracusanus. Iste enim theocrit⁹ fecit  
buccolicā: & ipm insecurus est virgilius in hoc opere buccolico qd̄ intelligitur nūc per silvas &  
nemora. Cum eanerem. i. quando proponerem scribere eneydē & gesta reguz romanorū: apollo  
cūtibus diuertit aurem meam a carmine beroico. Et dicit notanter apollo: qz ipē est deus car-

minimum. Et deicitur cynthius a monte chynto ubi colitur et ubi nutritus fuit antequam esset deisticatus. Per hoc vult dicere quod volebat scribere eneyde: octauianus iussit eum describere buccolica et iocosa carmina. Admonuit pastorem. i. dicit virgilio. tityre oportet pascere pingues oves. i. dicere carmen buccolicum deductum. i. bene digestum et subtile. et est translatio sumpta a lana bene carpinata que deducendo subtiliatur. Quid nunc ego. ponit aliam excusationem: quia multi alii erunt qui dicent laudes et prelia varri qui obtinuit germanos: et acquisiuit magnam gloriam et pecuniam maximam: qui varrus procurauit virgilio plurimos bovinos et fauores apud cesarem. Non iniussa cano. Ponit altam excusationem: quod de pcepto cesaris vtitur stilo buccolico. Si quis tamen bec quoque. i. quis iste stilus non sit grandiloquus sed buccolicus et bimilis sicut mirica est arbustum humile: tamen in eo videbunt laudes vari. Nec phebo id est nullum carmen est delectabilius cesari quam illud quod est intitulatum de varro. Et est alia excusatio. cesar multum dilexit varrum: et libenter audiuit carmina de facta sive buccolice sive alterius. Pergite pierides. Hic virgilius vocat pierides id est musas que sunt in monte pyreneo ut cantent et dicant illa que silenus dixit pueris. et ponit hic noia puerorum quorum unus vocabatur chromis et aliis mnafillus: qui secum babebat unam vel ellam sociam et nympham que vocabatur egle. isti tres petebant Carmen a sileno poetavel deo incubo. Et est notandum quod varrus et virgilius studierunt sectam epycuri philosophi sub cbironi doctore. ideo ppter vicinitatem vocabulorum: per silenū intelligit cbironē loquentem: et per cbironem et mnafillū intelligit se et varru. et adiungit puellā ad ostendendum sectam epycurē quod posuit felicitatem in delectationibus corporeis. et quidam ibi habent. versus truncatus. chromis mnafillus egles: sed non est versus immo est quidam titulus continens noia personarū sequentiū. Silenus pueri. i. isti pueri predicti scilicet Varrus et Virgilius viderunt silenū. i. syrouē magistrum suū iacentē in antro. et describit hic Virgilius unum hominem ebrium. Epycurei enim prohibebant felicitatem in delectatione ciborum et venereorum ut dictum est. Dicit ergo quod ille magister tantum potauerat quod dormiebat in antro quia ceciderat in foue: et tam alte leuauerat nafus suū in potando quod certū suū. s. laurea magistralis ceciderat a capite. et cantarus. i. gobeletus vel vas aptū ad poculum ceciderat ex alia parte: et babebat an si am attritā frequenti tractore. Aggressi. nam sepe. i. isti pueri sunt aggressi ad illum senem cum egle puella: et quod ipse senex sepe pmiserat eis carmina sed soluere recusabat. ideo in se conspirauerunt ligare pedes et manus eius et nūc eum dissoluere donec daret eis pmissa sepe carmina. Leperunt igitur virgas ex quibus erat facta corona: et ex illis virgis ligauerunt eum ut possuerat. egle autem musa puleberrima cepit mora et intinxit eius faciem. Ille dolens ridens. i. ille magister silenus videt se deceptum risit nec ve recundatus est: quod si sectam epycuri non erat verecundus inebriari: et dicit ad pueros: quo vincula nectitis. i. soluite me eodem iure quo ligasti quod p delectatione debet vobis sufficere me vidis se ebrium et ligatum. et hoc etiam dicit quod fauni nymphae et silentio non vident nisi quoniam volunt. soluite ergo me et dabo vobis ambobus carmina quod vultis: sed socia vestra scilicet egle babebit aliam mercedem quod carmine. stuprum quod Virgilius dicit verecunde. Simul incipit ipse. i. bis dictis silenus incipit dicere carmē quod sequit. Cum vero. i. qui silenus incepit cantare tunc carmē suū erat tamen suave et tam iocundum quod oīa cboreabat. s. fere siluarū mōtes et nemora. Et dicit in numerū quod saltates in cboreis mouentur sī mensura carminis: et est motare frequentatiū de moueo ies. Nec tantum phebo. i. mōs pīas vbi adorat phebus in thessalia non habet tantum gaudium cantare ibi dem phebo: quod gaudium habuerunt mōtes et filii cantante sileno. nec ysmarū et rodope mōtes rhabacie: in quibus cantauit orpheus tantum gaudi sunt ex carmine orphbei quod ex carmine sileni. Nam cantebat. Hic reddit cām illius leticie: quod canebat silen? quod mūndus incepit ex quibus principijs constat omne quod est: et quod semina rerū fuerū coacta per iane. Si de rerū origine sicut habebit in pīficiis: diversae fuerū phorū opinione: quod anaxagoras dicebat oīa fieri ex igne. et tales milefius ex humore. ideo vocant poete oceanū patrē alij et quattuor elementis sicut emperocles. Sed epycurei dicunt duo esse rerū principia. s. corpus et inane. dicunt enim corporē atbōmos. i. prius genites indiuisibiles quod apparent in radīs solaribus: et vocauerunt iane illud spaciū in quo sunt arbōni. Donat' etiā sapiebat ista secta qui dicit nōmē significare corpus aut rē: quia corpus vocat rē sensibile: rē vero vocat illud quod nō sentit. et quod omne quod est aut est continēs aut contenit tamen. ideo ex istis duobus sunt quattuor elementa: et ex elementis sunt mixta. ideo dicit quod ista duō sunt semina terrarū. Et aīe. i. vētī vel aeris ignis et aque. vocat em aerem animaz vel

## Elogia

ventum aut spm. **L**iquid. i. puri et postea totus orbis crevit ab istis. **C**anebat etiā quō mū-  
cūs incepit crescere et accipere diuersas figurās. **T**amq; nouum. i. canebat quomodo sol in  
cepit lucere: et est luceſco inchoatiūm de luceo luces. **A**ltius atq; cadant. i. canebat quō sie-  
bat plūnia ex vapoře aquoso eleuato sursum et cum frigiditate medie regionis aeris concreto  
et in guttas constricto: que a sua pluralitate dicuntur plūnia. **R**ara per ignotos. i. canebat  
quō animalia inceperant discurrere p̄ montes nouos et ignotos. **H**inc lapides. Hic tangit  
fabulam de origine mundi quaz late ponit Quidi<sup>9</sup> in primo metba. Loquit̄ enī bic ad pueros  
predictos. pueri aut̄ delectant̄ in fabulis. fabule etiam in pte inuenient̄ sunt ad delectationē: illa  
autem fabula dicit q̄ post diluvium pyrba et deucalion remāserunt soli: sed a phebo babuerūt  
oraculum seu responsū ore platum q̄ cū mulier prohceret post se lapides et similiter vir ex la-  
pidibus mulieris debebant nasci mulieres: et ex lapidibus viri nascituri erant mares. **S**atur-  
nia regna. Hic mutatur ordo fabule q̄r primum diluvium nō fuit tempore saturni s; tpe egidis  
regis thebanorum. **S**ed m̄ vero diluvius fuit tempore deucalionis et pyrbe. **E**aucasafq;. i.  
silenus canebat quō in caucaso monte altissimo assyriorum mercurius deus eloquentie: deus  
rationis: deus prudentie: ligauerat ad petram prometheum cuius cor corrodebat aquila. et cā-  
bnius fuit q̄ cum omnis ignis ex iouis institutione esset extinctus in terris. **V**inerua dea sa-  
plente dedit consilium prometheo vt cū quadam fabula suraretur ignem phebi et ipsuſ dedit  
boibus: adeo dī fuerunt irati et immiserunt mūdo famē. per quam fictionem intelligit q̄ pro  
metbeus fuit prudentissimus astrologus et primus docuit assyrios astrologiam quaz studuit  
in monte caucaso cum maxima sollicitudine et cura perungiliq; intelligitar per aglā corrodētē  
cor: q̄r cura dicitur quasi cor vrens. Ipse pmetbeus consilio minerue furatus est ignem solis  
id est cognovit per rationes naturales quomodo generat̄ ignis in aere: et ostēdit boib⁹ quō  
potest ignis generari in terris ex collisione duoz corpor̄ solidorū sicut in fusillo. **A**nde irati  
dī miserunt famē in terrā: q̄r ex psu ignis generat̄ famē: quād. s. bellatores incenderunt vr-  
bes et villas: et etiā si boies ossa vacarent ad fabricā auri et argenti totus mūdus efficeret iste  
trilis et famelicus. **H**ic adiungit bylaž. i. silenus adiunxit predictis bistoriam byle qui fuit q̄  
dam speciosus puer quē amauit hercules: qui iuxta misiam ciuitatē quād vadabat equos sub-  
mersis est: quē sequit̄ querit hercules per nautes clamātes et altis vocibus dicentes byla byla: et  
nō est inuictus locus eius. **E**t fortunatā. i. canebat etiā silen<sup>9</sup> de pasypbe vrore regis mynois  
q̄ cōcubuit cū tbauro: cōtra quā exclamat: q̄r turpissime amauit et dicit. Abvirgo infelicet: et est ab  
interiectiō tremors: sicut sy vel poy. pasypbe autē meretricē vocat virginē nō avirtute: s; ab  
etatis viriditate. **P**retides implerūt. Ille pretides fuerunt filie preti et anthiope: q̄ filie arro-  
gāter p̄sumperunt dicere se esse iunone pulchriores: square Juno indignata immisit in eis ta-  
lem fantasiā q̄ semper putabant se esse vacans credētes se babere cornua et timētes aratra: nul-  
la tñ carū cōmisiſ tam turpe cōnubiuſ sicut sequit̄ pasypbe: et in hoc vituperat eā plusq; pretidas  
**E**t capiſ ibi leui pro plano: et b̄z primā longā: iuxta illū. Pro plano. leui. p̄ leuitate leui: et est ul-  
tima de p̄tides breuis more grecoz sicut in primo eneydos. **A**bvirgo infelix. Exclamat itez  
contra eius infortuniū vocans eam virginem sicut prius dices. Tu virgo infelix erras et vagas  
sis nunc in montibus. et tbaurus amicus tuus iuxta te cubans sup latus in herba molli sc̄z bya  
cincho vel alia herba ruminat berbas virides: vel forte sequit̄ aliquā vaccā in aliquo grege in  
silua cortines in qua cortina fuerunt aliquando stabula armentorum solis. Et non dicit q̄ ille  
tbaurus sequatur aliquam vaccam in nemore gnofio: q̄r mynos maritus pasypbes ibi regna-  
bat: adeo tbaurus non audebat illuc accedere: et in bis videtur pasypbe sperare liberari a tbau-  
ro et ipm dimittere q̄diu ruminat. et quando sequit̄ alia armenta inde precatur nymphas predi-  
cas ut claudant tbauro saltus nemoru. s. intritus vel exitus eoru. Et dicunt̄ filiae saltus: quia  
ibi saliant animalia silvestria. **R**umen est pars guturis ad quam animalia mittunt iteruz ber-  
bas quas prius gulose sumperunt: et ruminare est berbas sic digerere. **T**ū canit besperidum  
filie atblātis vocate fuerunt besperide: quia regnauerunt in besperia: inter quas fuit vna noīe  
atblanta cursu potentissima que interfecit multos maritos quos currendo superauit: sed ypo-  
menes eam denicit in cursu in virtute pomoru q̄ sibi dedit vnuſ: et latius babetur super tertio  
eneydos. Silenus ergo canebat istam bistoriam: sc̄z quomodo atblanta mirabatur illa poma  
**T**ū p̄betontiades. i. silenus canebas quō filie solis desiebant morte p̄betotis fratris sui: et  
mutate sunt in aliam arborem vel in populūm ut babetur decimo eneydos. **T**ū canit erratē

Id est silenus canebat quō gallus poeta fuit effectus poeta et diuinator: unde gallus semel am-  
 bulabat tuta parmessum flumini boecie grecie regionis: qui parmessus babet multa brachia  
 ideo dicit parmesi ad fluminar: tūc assumpit cū quadā nymphā in montes sonas vel aonos  
 et est aonās accusatiūs grecus et possessorius: et in illis montibus lin⁹ fili⁹ apolus dedit sibi co-  
 ronā magistralē calamos musicales: q̄s prius dederat cuiusā antiquo poete de aerea civitate  
 sc̄z ensonorāt: q̄dā carmina de certamie calcatis et mopsi in grineo nemore de peritia di-  
 unandi: sed mopsus obtinuit qui melius diuinans de paritate vel imparitate pomorum cuiusdā  
 arboris: et ex dolore confusus calcas interi: sed gallus de quo est hic sermo transluit in latinū  
 carmina illius euphorionis cuius ascreit: qui euphorion carmine letificabat ornos et alias arbo-  
 res. Quid loquar an scyllaz. Due fuerunt scyllae. una fuit filia nysa: et alia phorczi. Sed poetice  
 hic accipitur vnam p̄ alia: scilicet scyla nysa p̄ scyla phorczi: sicut in georgicis dominus pollucis  
 baben. i. castoris qui fuit dominus equorum. Scyla enim filia nysa non fuit mutata in monstru  
 marinum: sed filia phorczi. Scylla autem filia nysa regis megarensis mutata fuit in alaudam et  
 pater suis in Iulium auem sui nois: de qua scylla sic mutata et de patre suo sole dicitur. Non est tu-  
 ta nisi sine Niso filia Nisi: quia Natus semper prosequitur scyllam. i. alaudam: et scylla Nisi est re-  
 gimen supplementi sicut Dalida sanonis. Quam fama lecta est. i. fama dicit istam scyllam  
 vexasse et infestasse manus viris redentis a bello troianor: est dulichius adiectiuū possessorii  
 regionis in qua regnabat viriles. Aut ut mutatos. i. silenus canebat quō membra therei re-  
 gis tracie fuerunt mutata et turbata ppter dapes quas sua vxor dedit sibi comedendas. Et capi-  
 tur nomine p̄ nois fuit prius sc̄z philonomena pro prone sorori sua. Unde Thereus duxit progne  
 in uxorem suam que erat filia Pandionis regis atbenay: que roganit maritū suū ut iret atbe-  
 nas et adduceret sibi suā sororem videndam. i. philonomena: quā cū Thereus adduceret violenter  
 eam in viam: ne ipm accusaret abscedit ei lingua: dimisitq; ea in nemora: ipsa tñ de pprio cruo  
 re scriptis in ueste quā misit sue sorori quicquid sibi pertigerat: vel melius scriptis acu in rapetis  
 que cū p̄cepisset scelus patratū accepit ytbū filium suum de thereo quē intersectū et bene co-  
 ectum dedit patri suo comedendū: cui patri instantissime querēti ybi erat ytbis: mater respōdit  
 Quos petis intus habes. i. filius tuus est in ventre tuo: quo audito pre desperatione Thereus  
 fugit in solitudinem tanq; furiosus. Igitur isti quartuor mutati sunt in aves: scilicet Thereus  
 in upupam sedam auem: yebis in phasianum volucrē comestibilem: progne in birundinē aue  
 instabilem: et philonomena in lucinam auem canorā. Et sic patet q̄ philonomena accipitur in textu  
 p̄ prognō sorori sua vel pro seipsa: q̄r fuit occasio dandi illas dapes. Quid que phebo. i. silen⁹  
 canebat oīa carmina que phebus cātanit in eurota flumino lacbonū qui erat phebo cōsēcratus:  
 iuxta quē sunt lauri plurimeq; arbores phebi quas docebat Phebus sua carmina. Ille cantit  
 id est quando silenus canebat: valles resonabant vscq; ad celuz: biperbolice loquendo. Quid  
 re donec oues. id est canebat vscq; ad vesperam: sed sol quasi inuitus tendebat ad occasum pro-  
 pter delectationem quam babebat in illo cantu.

### Pi. Clirgi. Va. Septima egloga.

**F**orte sub arguta considerat ilice da-  
 pbnis:  
 Compulerentq; greges corydon et  
 thirfis in vnum;  
 Thirfis oues: corydon distentas lacte capellas.  
 Ambo floretes etatibus: archades ambo:  
 Et cantare pares: et respondere pati.  
 Hic mihi dū teneras defendo a frigore myrtos,

Sequitur egloga septima cu-  
 ins interlocutores sunt. Meli-  
 bens. Corydon et Thirfis.  
 Construe sic. Daphnis. id est  
 ille pastor cōsiderat. id est siſte-  
 rat forte. id est a casu sub ilice. i.  
 sub illa arbore arguta. id est so-  
 nora: et corydon et Thirfis. id est  
 illi pastores: compulerant. id ē  
 congregauerant greges. id est  
 armenta in vnu: et thirfis. id est  
 ille pastor compulerat oues: et  
 Corydon compulerat capellas  
 id est capras distentas. id est  
 plenis lacte: et ambo. scilicet  
 Corydon et Thirfis erant flo-  
 rentes etatibus. id est iuuenes

